




Responsio, de missa, matrimonio et iure magistratus in religionem,

<https://hdl.handle.net/1874/406643>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.
19



卷之三





facit dolorem in pectori eum que despectaculis exp-
toris et institorum per vicinatatem horrores qui sunt
hunc hunc neuti quodque situr. Et de eod' austri-
ca. Et hunc. Vnde resoluunt eam qui in nobis; hunc tamen
hec aut dissoluta dissolue omnes vices spiritale-
ter. animalia et filii sicut et venas immittit ferentur
spiritus alter volvuntur hunc tamen et animalia
spirituales et uno et tenore duorum et maximo vo-
luntario hec ead' ferentur hunc tamen cum differentes
locorum potest accidere passibus. Nam si caput den-
unt facies omniance capitulii aporei multos et spic-
ulos et coquimus oia et aures facies omniance audi-
ent uno et oculos veient oculis caligine facies que et
postiores corporis pres facies mortis difficiles. Unde
solito non vacatis diuobi sic modis aut non euapo-
ratur aut extinguitur. hic extingui-
cam dixit. Et in alijs casis et rupibus

ecas
na
tici
ubis
flue
nuta
tem
stic
ficio
at H

mo

du

de

dc

it

ri

ri

ri

ri

com

ro

de

ri

go

ri

Theologia

Octavo n°. 119.

N. 2. C.

R E S P O N
S I O , D E M I S S A , M A
T R I M O N I O E T I V R E M A G I
stratus in Religionem.D.
Vuolfgango Capito-
ne autore.

Et ab ipso nunc denuo recognitum.



Cum Indice locupletissimo.



140

Ca. 1870



AD POTEN TISSIM VM PRINCI

PEM HENRICVM OCTAVVM


Angliae & Franciae Regem, Dominum

Hiberniae, summum in terris Eccle

siae Anglicanæ caput. Vnwolf=

gangi Fab. Capito=

nis Præfatio.



V A M S I T D I F F I C I L E

Rex potentissime suscep tas aliquan
do consuetudines & inueteratos

mores corrigere, maximis nos

periculis, in causa religionis, dum in ea restituenda &
excolenda elaboramus, experti sumus. Nusquam
maiores quam in hac parte existunt offenditio nes.

Nihil ita munitum innocentia atque integritate, ni=
hilque tam confirmatum diuinorum Scriptorum
authoritate, quod non infestissimis reprehensioni=
bus obijciatur. Nam cum sanctius atque optabilius ni=
hil esse debeat, quam recte informata et instituta pie=
tas, tameu non desunt, qui hinc dicant calamitates
in Republicas importari. Et quoniam ijdem huius
uocis & uaferrimæ sententiae authores sunt, qui re=
gni tui tranquillitatem euertere, tuaque consilia op=
pugnare conati sunt, uisum est ea ad te quoque mit=
tere, que superiore anno ad illustrissimum Princi

P R A E F A T I O

per Palatinum Rupertum conscripsimus. Spero
enim fore ut hinc intelligatur, honestissimos tuos co-
natus fuisse, atq; etiamnum esse ad honorū & pio-
rum uirorum causam defendendā, quam isti funestis
fraudibus aduersus patriam contra quam tua uir-
tus requirat, labefactare & profligare audent. Sed
id ut confido sua effrenata cupiditate & nefarijs
rationibus consequuntur, ut nullus apud te eis lo-
cus relictus sit criminandi, quo minus Euangelij su-
ceptam causam defendas. Quis non uidet quo ho-
rum cogitationes spectent? quis non cernit quid
ueritas requirat? Hæc & prudentes uiri omnes a-
nimaduertunt, & ipsi si fateri uerum possent, suam
iniusticiā facile agnoscerent. Primum enim si pietā
tem & religionem necessariam esse putant, debent
etiam ferre, ut si non amissam omnino recuperave-
rimus, tamen defecdatam & conspurcatam, & cer-
te propè profligatā in pristinū locum restituamus,
& in lucem rursus producamus. Si enim necessa-
rius est nobis Iesus Christus, q; eius doctrina carere
possimus? Si huius institutio fuit salutaris, certe per-
nicioſa est eiusdem amissio, aut calamitosa saltē
defecatio. Nam quod contaminatus sit uniuersus
Euangelij cultus, probare non est opus. Quid in re-
sit st̄ itim apparet. si in uitam eorum qui religione
prefecti sunt respicimus; si eorum ministerium cum
functione Apostolica, quæ exemplum & regula est

AD REGEM ANGLIAE.

omnibus etatibus comparamus , planè liquet, eos non facere ad ædificationem, sed ad coporis Christi dissipationem. Si denique eorundem edicta, mandata, instituta, interpretata cum sacris scriptoribus conferimus , facile elucet quantas tenebras suis mendacijs et consilijs claritati Euægelicæ offuderint. Hæc res adeo prudètibus pijsq; uiris nota est, ut cù ea cæteris comprobare cōstatuimus, uereamur ne horum iudicio parum uideamur tribuere. Neq; mihi dubiū ullum est potentissime Rex, quin plura pro tua prudentia consideres , quæ emendata ob tibi diuinitus concessam erga humanas necessitudines charitatem præterea cupias , si ea tibi aliquando perficiendi detur occasio , quæ nisi per horum importunitatem staret , iamdudum ad pulcherrimum locum perducta uideremus . Quid enim iam annis aliquot aliud conaris , quam ut regnum tuum ab astutissimorum hominum fraude uindices, ut florentem ac beatum tum pietate tum cæteris cōmoditatibus populum tuum facias, si tibi per istrum cruentas insidias liceret, si inexhaustæ cupiditatis et auaritiæ harpyiae pmitterent. Sed tamen gloriose aliquando hanc tranquillitatem populo tuo comparabis. Nunquam piorum cōsilia uana fuerunt, Regum èo certiora sunt, quò maior ipsis diuinatus est concessa potentia, et quò proprius ad laudem nominis diuini relata et suscepta sunt , alioqui ua-

P R A E F A T I O

ne sunt non minus principum quam plebeiorum ho-
minum cogitationes, et non ipsis authoribus solū,
sed etiam orbi terrarum plerunq; exitiabiles, si
priuata cupiditate instituuntur. Cum primum
in Germania cœpta est recoli religio, tenuia et im-
becilla habuit principia, tamen in tanto hostium
odio, tantaq; potentia eō deducta est, ut iam lo-
cū suum propè tutari plurimorum præstantiſimo-
rumq; confensione uideatur. Cum Deus imbecilli-
tate principium facit, profectione rerum potenti-
am suam declarat, cum autem per principes Re-
gesq; eadem elaborat, manifesto singificat, quod in
paucis incœpit, id per uniuerosos uelle diffundere.
Sed utrosq; iustissimis causis excitat, nam sic per-
multi statuunt honestissimas te et maximas ratio-
nes secutū esse. Neq; nos quicq; conati essemus, nisi
necessitas tanta fuisse, ut quoquo modo potius esset
periclitandum, quam uiuendum, contra quam res
animusq; et pietas suaderet. Et certe omnīū assensi-
onem consequeremur, si ex ueritate potius q; homi-
num cupiditatibus res ipsa æstimaretur. Nihil enim
magis uideo Euāgelij progressus impedire, q; Ecclesi-
asticorū potetiā, quam libēter admittimus, sed ita,
ut ne sit pietati offutura. Maxima enim inde incō-
moda inuecta sunt in Ecclesiam Christi, quod paula-
tim ita dominatio Ecclesiasticorum crevit, ut eti-
am cæteris omnibus sit formidolosa, et concordiam

ob-

AD REGEM ANGLIAE:

et obsequium, vinculum Reip. soluat. Nam tametsi uobis reges estis et praefecti gentibus et ciuitatibus, concessa sit et commissa diuinitus omnis administratio, quae ad uitæ huius rationes pertinet, tamen eiusmodi paulatim Ecclesiasticorum primores, ad suam quoque potentiam conuerterunt, ut iam non solum se à uestris legibus vindicarint, sed etiam religionis praetextu uobis adferant necessitatem, suis interim uoluntatibus obtemperandi. Itaque metuunt nonnulli laici, per doctrinam Euangelij, ademptum iri, et relinquenda aliqua ex honoribus et uoluptatibus, eoque malunt inepte et uires resistere, quam agnoscere ueritatem. Tantam enim autoritatem successorum et artibus malis, potius quam uitæ innocentia et ueritate assedit sunt, ut etiam si principes uiri, omnes cōsentirent, tamè horum metu uix ausi fuerint Euangelij lumine admittere. Hæc sola hoc tempore obstat, quo minus Christus uere doceatur, nisi hoc esset, tranquillissimæ apud oës essent uitæ rationes.

Vt hanc defendant, calumniantur per nos ceremonias omnes tolli et gigni seditiones, quorum utrumque est falsissimum. Nam quas ceremonias utiles uidemus ad Euangelij Christiq; obseruatiā, nō modo ut uiles retinemus, sed ut necessarias confirmamus. Quæ uero pestiferæ uidentur, nisi rei ceremus essemus similes his qui pietatem aut non agnoscunt aut oppugnant. Fuerunt furiose quedam turbe

PRAEFATIO

his annis concitatæ, sed apud eas ferè urbes ac prin-
cipes, ubi nunq; admitti potuit ea doctrina, pro qua
nostrî propugnat. Monasteriensi Episcopus, quia
nostram religionem repudiauit, uidit caput suæ dio-
cæsos flagrare impietate & furijs Anabaptista-
rum. Idem in Hollandia evenit. Nam quoniam ne-
minem admittunt ad docendum, nisi nobis inimi-
cum, qui uere doceat non habent, itaq; uarijs sectis
perturbâtur. Bona doctrina à falsa nō facile supera-
tur, sed in impietate multa est uarietas & mutatio,
& qui succedunt, plerunq; sunt ad fraudem instru-
ctiores, exaduerso autem tanta est per germaniam
hostium nostrorū, quoniam profanis curis toti de-
tinentur, in religione & rebus sacris imperitia, ut
eorum rationes ne ad manifestos quidem errores
conuincendos & refutandos magnum momentum
adferre possint.

Fuit etiam rusticorum per Germaniam tumul-
tus, sed id periculi ex illorum agris maxime pullu-
lavit, qui reflorescentem pietatem oppressam cu-
piebant.

Sed hæc incommoda in nos reiiciunt aduersarij,
& id Regibus persuadent, omnibus magistratibus
et ordinibus à nobis creari pericula, ad hæc arcē ma-
lis nos artibus cōscendere, & dissoluto ruptoq; ma-
trimonio fœdiſſimam, maximeq; abominandam
uitiorum licentiam uulgo permettere, cum nos iu-
flas

AD REGEM ANGLIAE.

itas nuptias & huiuscē legitimē coniunctionis reuerentiam atq; sanctitatem in pristinum locum summacura & sollicitudine reuocemus. Sunt alia per multa quibus nos onerant. Quare quae de his rebus ad principem minime stupidum aduersus astutissimi aduersarij falsas criminationes scripsi, ea statuis sub patrocinio nominis tui euulgare, & ad te mittere, quo tibi doctrinæ religionisq; nostræ, quantū ad illa controuersa attinet aliqua constet ratio, indeq; aliquid colligas, quod ad gentis tuæ utilitates, ad populi tui salutem, ad necessitates omnium hominum transferri posset, quod Regno & heredibus tuis in perpetuum sit profuturum. Facilior est enim omnis administratio, si plebs ipsa Dei Christi q; doctrina recte sit imbuta, neq; quisquam unquam recte obtemperauit, nisi ad hoc diuinitus habeat animum informatum.

Quantum igitur nos monarchis & omnibus Argumentū ordinibus tribuamus, ex hoc libello colligi potest. totius libelli. Videre etiam est, quæ Episcoporum & administratorum in Ecclesia functio, & quam late patens munus, quid item claves Ecclesiæ, quæ virtus Verbi Dei & Sacramentorum, quæ in scripturam conciliorum uis sit, & quæ in utrisq; summi Pontificis autoritas. Item quem locum humanae constitutions habeant, & quatenus eisdem obtemperandum. Quæ priuilegia & prærogatiue Ecclesijs à principe

PRÆFATIÖ

cipe concedi, & quæ admittere in se sacerdotes iure
queant, & quæ immunitates quibus aliquot seculis
orbem Christianum, bona pars Ecclesiasticorum,
homines ociosi & uentri curando nati onerarunt,
& oppresserunt. Deinde quid de Missa sentiamus,
quam illi inter opera meritoria collocarunt, nos
uero reiçimus. Quomodo & quibus ceremonijs
utendum, qua disciplina Magistratus & ecclesia-
stici populum in officio retinere debeant. Postremo
quam late Matrimonium diffusum sit, & nulli or-
dini negatum. Quid sit matrimonium, & quam sit
multiplex, & quomodo Christianum ab impio dif-
ferat, & quaratione iuste nuptiæ confiantur. In
terposita etiam hic multasunt de concubinatu, nam
hunc aduersarius noster pro sacrificis defendebat.
Itaque docendum nobis fuit, quis concubinatus ho-
die sit, & quis olim apud Romanos & in Cæsarum
legibus, & quis in scriptura sacra. Quid interfit
inter concubinam & matrem familiâs. Quaratio-
ne diuina lex concubinam comprobet, cur etiam
maiores in ecclesia Christi principio perniserint,
cur posteriores aboleuerint, an eum in ecclesia re-
uocare possit. & si id fiat, an ne cediat. Hæc
omnia ita à nobis comprobata esse speramus, ut
maiores iniquitatem requirere non debeant.
Nam legum cœlum, Conciliorū, Pontificumq;
uoluntatem, priscorum Hebræorum placita &
antiqui

AD REGEM ANGLIAE.

antiquitatem atq; sacrarum sententiarum uim in
firmamentum cause nostræ eo usq; adhibuimus,
ut bonorum uirorum arbitrium & iudicium esse
libenter patiamur, qui omnia solent candide inter-
pretari. Quamobrem autem & hæc ad te scripta
esse uelimus causam antè exposui. Quanquam
non solum ad id me inimicorum consilia impel-
lunt, sed hortaturetiam uirtus tua quæ multorum
sermonibus primum iactata, deinde Reuerendissimi
Edoardi Foxi Herefordiensis Episcopi testi-
monijs, & Nicolai Hetei pientissimi, perindeq;
grauis uiri suffragio, præterea amplissimo Tho-
mæ Cranmeri archiepiscopi Cantuariensis, to= Archiepi-
tius Ecclesiæ Anglicanae primatis testimonio com scopus Can.
probata effecit, quo minus uererer, aliquid eti- tuariensis.
am ipse afferre quod ad confirmanda consilia tua
pertineret. Habet enim hoc de alicuius uirtu-
te & prudentia persuasio, ut quo clarior illa sit,
eo plures ad se amandum excitet, in quo animi bo-
norum non quiescunt, nisi se quoq; comites cura-
rum adiungant. Et si unquam conferenda studia
sunt, tum illud maxime faciendum est, cum eius
mens ad res maximas & iustissimas excitata est,
cuius prudentia uniuersa gens nititur. In ma-
lis consilijs etiam principis uoluntatem populus se
quitur, quo magis id officij suscipere debemus,
cum idē illa renouare meditatur, quibus solis Deus
colit &

P R A E F A T I O .

coli & placari potest. Dubiae res cum à Regibus interperantur, tamen quasi certae sint à populo comprehendantur, quia inferiorum non est iudicare instituta & consilia superiorum, dum ne aperte sint contra oracula scripturarum atque sensum fidei. Cum uero ad cultum Dei eadem pertinent, cumque ad Christi gloriam iuxta uerbum eius spectant, nemo, nisi in maxima impietate constitutus, solet repugnare. Qui uero eiusmodi studijs se se opponit, hic certe quasi cum Deo bellum nefarium gerit. His de causis certior semper populi ratio est: ut ut enim se Principis atque Magistratus consilia habent, tamen recte facere creditur, cum pro ordinatione Dei obsecundatur, impie cum recusat, sceleratissime cum quietis consilijs, concitato motu atque tumultu refragatur. A quibus uero mandata proficiscuntur, & quibus diuinitus commissa sunt Respub. hi etiam atque etiam prouidere debet, ne quid statuant, quod aut repugnet Christianae religioni, aut à charitate, regula illa rerum gerendarum dissideat. Cum uero utriusque renouatio, cultura, amplificatio proposta est, contemnenda omnia pericula sunt, eoque pergendum quo ueritas, quo pietas, quo humanæ necessitates, quo Christus uocat. Hoc modo non diuinatus solum Rex constitutus uidebitur, sed ad eum etiam uiam sibi munire à quo tantæ curationi praefectus creditur. Itaque fac ut sic prudentiam, benignitatem

AD REGEM ANGLIAE.

tatem, fidem populo tuo pretestes, quemadmodum
non modo tui, sed etiam exteræ gentes confidunt.
præstabis autem haec tria copiosissime, si religionē
doctrinamq; Christi resurgentem foueas & con-
firmatam restituas. Hoc est sapientia tue prospic-
cere, bonitatis illargiri, officij procurare. Nostri
uero est deum rogare, quo ita consilia tua gubernet,
ut quæ ad eius gloriam pertinent pulcherrime
compareris, eaq; coniungas quæ ad Regni tui tran-
quillitatem, ad ocium & honestatem pertinere ui-
debuntur. Deniq; animus tuus ueritatis luce quo-
tidie magis magisq; illustretur atq; confirmetur,
ut eorum sceleratissimæ spes frustrentur, qui ad-
uersos exitus horum consiliorum exceptant.

Vale. Argentorati VII. Idus

Martij.

Anno M. D: XXXVII.

CAPITVM

SINGVLORVM INDEX.

- Pro retinenda Missa & Concubinatu sacerdotum argumenta Cap.i.fol.1.
Divisio responsionis.cap.ii.fol.4.
Quid iuris magistratus habeat in religionem cap.iiij.fo.6.
Tyrannis christiano ferenda.cap.iiij.fol.6.
Quod Ethniciis præcipua ratio bene gerendæ reipub. religio fuerit, ca. v.fol.8.
Quod Magistratus creaturæ efficaciam uerbi adiuuet. cap. vi.fol.17.
Quod coercitio malorum in Ecclesia per Magistratus libertati fidei nō repugnet. ca. viij.f.20
De clauibus, ministerio Ecclesiæ, et Episcopo rūdominatione, iudicij ex scripturis. c. viij.f.22
Quid in uerbum Dei Magistratui liceat, et de efficacia uerbi & sacramentorum. ca. ix.fol.25.
Collatio existimationis Ecclesiæ cum auctoritate uerbi diuini. cap. x.fol.26.
Quæ autoritas Magistratus in uerbum Dei, et quod hypocrisin nō proprie procuret. c. xi.f.28
Magistratus religionē imperio promouere, ex exemplo Mosi, Dauidis, et aliorū probatur. c. xij.f.34
Quod Magistratus sit, ut transgressores uerbi quatenus sub gladiū res præcepta cadit, puniant, et quæ genera suppliciorū in populo dei, et

cuare

C A P I T U M.

quatenus pro religione conseruanda potissimum usitata sint. cap. xiiij. fol. 37.

De iudicio populari, & eius ratione, & uulgaribus lapidationibus cap. xiiiij. fol. 40.

Publica utilitas procuratur, cum peccata in religionem & mores plectuntur, & quando iurisdictio Iudeis adempta sit. ca. xv. fol. 43.

Cum lapidarint homines Iudei, cum potestas tamen iudicandi ab eis ablata esset. ca. xvi. f. 4

Quod duplex lapidatio sit, altera iudicaria, et altera popularis, et quo modo & quo ordine utraq*ue* facta sit olim. cap. xvij. fo. 50.

Quod ciuilia legis præcepta ad religionem pertineant, & quod in populo Dei tranquillitas non sit, ubi uerus cultus non est. ca. xvij. fo. 53.

Quid Princeps & Magistratus ciuilis nobis sit, & quod in Ecclesia nouilipop locum habeat cap. xix. fol. 55. b.

Quod fundamentum Mosi sint promissiones Euangeliij, & legē esse spiritualem ca. xx. fo. 62.

In promissionem gratiæ fundata est lex, & cur Paulus dicat, Legem iram operari, & de discrimine noui & ueteris populi Dei. capi. xxi. fol. 64.

Moses Christum & ueram pietatem docet, si militer & Prophetæ omnes. ca. xxij. fol. 67.

Quod eadem fides sit nostra & ueterum, & q*ue* lex & Euangelium semper coniuncta fuerint, & Iudicis esse religionē curare ac. xxij. fo. 69.

Missatores Christum atrocius negant, quam

Talmu

I N D E X

Talmudici, & quod blasphemiae poena non
obsit libertati spiritus, neq; sit coactio ad si-
dem. cap. xxiiij. fol. 72

Iudaicum ministerium egit pro uera fide, &
de ritu alienigenam in iudaicum inauguran-
di, fidei q; libertate ueterum. cap. xxv. fo. 74

Martinus Lutherus doct̄or libertatis fidei.
cap. xxvi fol. 77

Baptizandi sunt infantes, & quæ sit coactio
fidei. cap. xxvij fol. 79

De concilijs & traditionibus hominū & scri-
pturæ ueteris utilitate, & quod hypocrisis nō
fiat ex Magistratus officio. cap. xxvij fol. 81.

Cur Achab dicitur impius princeps, quomo-
do Iudæis æthnici, sine offensione Ecclesiæ co-
habitarint, & quid sibi Cæsares in religionem
usurparint. cap. xxix fol. 85

De libertate uerbi, & legibus pro religione,
ueroq; cultu Dei, & quod Magistratus ex cau-
sa carnali non agat. cap. xxxfol. 89

Reprobi manent quod sunt, & iusti sunt pec-
catores, sed non servi peccati, & quanta in iu-
dice innocentia requirenda. cap. xxxi fol. 94
Quod peccata non sint paria, de natura pri-
mi præcepti, & quid causæ sit, cur pessimam
sententiam interdum homines non pessimi de-
fendant cap. xxxij. fol. 98

De fine mundi, & Antichristi, atq; totius uni-
uersi interitu, & quid sit Antichristi abomina-
tio, quomodo detestanda pijs, & qua ratione
ille inter

IN D E X

ille interscicēdus a Christo domino cap. xxxiiij.
fol. 102.

Quod abominationes non sint zizania. Cæ-
sar Euangelium non prosequitur uoluntate,
sed errore, & delegibus pro quiete publica fa-
cientibus. cap. xxxiiij. fo. 107.

Quod Cæsari pareant Euangelici Magistra-
tus de Senatus imperij decretis, & expectatio-
ne concilij cœconomici, & cur Philippus Mar-
chio Badensis ab Euangelio descivierit cap.
xxxv. fol. 113 b.

De Missa. cap. xxxviij. fol. 120.

Quid in scripturis, legibus, & in priscis Eccle-
siae canonibus, uxor & concubina sit. quæstio
secunda principalis. cap. xxxviij. fol. 129.

Quod matrimonium ordinem aut morib[us],
aut lege receptum, pro fundamento semper ha-
buerit. cap. xxxix. fol. 159.

Quid sit concubina. cap. xl. fol. 164.

Quæ sit differentia inter uxorem & concubi-
nam. cap. xli. fol. 168.

Quid inter ingenuum concubinatum, & ma-
trifamilias matrimonium, atq[ue] utriusq[ue] libe-
ros intersit, & matrimonium non esse dissimu-
landum cap. xlj. fol. 173. b.

Honestas matrimonij ex uerbo domini est,
Epicurei contemnunt: quid quisq[ue] domi ui-
uat inquirendum Magistratui ca. xlj. fol. 178.

Orta ex illegitimo concubinatu, & quid inter

INDEX


furiis ciuilis, & scripturæ sacræ concubinas finitersit. cap. xlviij. fol. 183.


Quare Ecclesia omnem concubinatum prohibuerit, & quod iterum possit non sine utilitate concedere concubinas. cap. xlv. fol. 189.

Concubinatus bene abrogatus est, & per Ecclesiam in usum reuocari potest. capite xlvi. fol. 190. b.

De clauibus Ecclesiæ, authoritate principum in Ecclesia, & exemptionibus clericorum cap. xlviij. fol. 195.

Epilogus totius libri fol. 206.





ILLVSTRIS

SIMO PRINCIPI DOMINO RV-

perto Palatino Rheni Ducí Baua-

riæ & comiti Veldensi &c. Pastores &

ministri ab Euangelio Ecclesiæ

Argentoracensis in Christo

Iesu pacem ac felicita-
tem optant.

PRO RETINENDA MISSA ET

concubinatu sacerdotum argumenta.

CAP. I.



PER AM NOSTRAM
ad illustrādām gloriam Chri-
sti Celsitudini tue pollicemur
Princeps illustrissime, atq; in-
ter tuos præcipuum pietatis
specimen. Superioribus diebus cuiusdam ex
aulicis tuis, ut uidetur, & eruditione, & usu re-
rum præstabilis uiri, consilium de religione
& moribus reparandis perlegimus: quo uehe-
mentiss. omnium & ab erroribus Missæ re-
purgandis, & a prohibendo concubinatu sa-
cerdotum deterret. Nam eius generis abomi-
nationes abrogari posse negat absq; Dei om-
nipotentis indignatione, meritaq; poena Cæ-

A fata

DE MISSA MATRIMONIO ET

sareæ Maiestatis, cui príncipes omnes cœu capiti, parere iure debeant. Nam cum scripturis sacris, p̄ recipue cum Danielis octauo & nono capitibus diserte pugnet, is qui Antichristi feceditatem, ut Missa sunt & concubinatus Ecclesiasticorum, viribus ac potestate abolere meditatur, pugnet cum grauissimis decretis, quæ de religione non mutanda in tot Comitijs Imperij proceres publice sancierint, pugnet cum officio principum et Magistratum, quorum potestas intra præscriptum rerum temporaliū concludatur, neq; aliunde quam ex temporarijs causis materiam habeat suarum partium gerendarum, adeoq; cum prophano rū functione ex diametro pugnet regni Christi gubernatio, hoc est, fidei & Euangelij: & omnino religionis tutela ac patrocinium nequeat principibus, neq; per leges Dei neq; hominum concedi. Euangeliū quidem sit uerbum Domini, ad quod momentum nullum attulerit ulla creatura.

Has propositiones multis argumentis late confirmat, omnium autem acerrime defendit concubinatum Ecclesiasticorum, quos neq; ad iusta matrimonia cogendos, neq; eis istas suas mulierculas meritorias terrena potestate admendas censem, nisi forte palam adulteras, aut eas quæ non suis tantum sacerdotibus consuesce-

*Concubinatu
aulici sic de-
fendunt.*

IVRE MAGIST. IN RELIG.

consuescerent, sed alios quoq; impudentius ac deploratius admitterent. Has utrasq; uir abunde purus, a sacerdotum contubernio de- pellendas propemodum consuleret. Quod si quæ rem habeat cum uno sacrifico, bona fi- de, ita ut mutuo inter se amore arctius deuin- eti sint, perinde atq; legitimi coniuges, tale coniugium absq; peccato & offensione Dei haudquaquam disiungendum. Nam sint ue- re coniuges, quia affectus coniugalis, & ani- mus a se non discedendi, coniugium sanciant, non illa in coniugium solennis pollicitatio, neq; benedictio, neq; publica illa Ecclesiæ ce- remonia scilicet.

Hanc sententiam & Patrum Ecclesiasti- corum autoritate, & Conciliorum decretis, cum veterum, tum recentiorum scriptorum te stimonijs confirmare, præterea non sine dilu- cidis, ut ipsi uidetur, argumentis satagit. Ni- hil officere, quod ea consuetudo & ille indiu- diu amor, mutuusq; animorum consensus ad coabitandum, & fides clam data, ne alte- ri alteros dum uiuant, destituere uelint, & oc- culta sit & populum lateat. Posteaquam Sa- ræ matrimonium cum Abrahamo, hominū opinatio nihil uitiarit, existimantium illam illi sororem esse. Quin matrimonium inter il- los illæsum adhuc superfuit, cum seruis Abi-

A ij melech

DE MISSA, MATRIMONIO ET

melech & Aegyptijs formidini suæ consuens, eam sibi fororem esse asseueraret. Tam nihil ad matrimonium per se faciat conscientia publica. Verum interea cauendum putat, ne quis curiosius quid inter se sentiat, & quo animo cohabitent, ab illis sciscitari conetur, neçq; aliud ac ratio postulat charitatis, de utrisque speret aut iudicet. Praeterea quod a se fere discedant, cum aut satietas alterutram partem cooperit, aut quod gratius sit in amplexum uenerit, id nihil detrimenti coniugio adferre. Nam a se interim & alijs discedant, qui sine controversia uere sint coniuges.

Hactenus cōtubernium sacrifici cum amica titulo matrimonij defendit, quam rationem, quia uidet parum firmam esse ad aliam asserendam delabitur. Nec depellendas quidem a delicato isto conuictu uel ex confessio meretrices, donec in republica nihil turbent, ac ferendas esse, uel ob spem penitentiae. Nam omnes nos peccatores esse & indigos diuina gratia, haud grauatum agnoscamus, quo minus liceat quid seuerius in consortes criminis statuere. Insuper contendit tantam obscenitatem toleratu necessariam esse, quia mundus sit ingenium, & naturam suam non mutatur, ac inter duo mala sit illud, cui uitij minus, eligendum, quemadmodum ex historia

Loth

IVRE MAGIST. IN RELIG.

Loth & senis in Gabaa sibi uidetur abunde colligere.

Postremo ut constantiam animi res in meius corrigendi minis ac terroribus frangat, illos ob oculos grauiter ponit, qui aut in Baden si Marchionatu, aut alibi recepta cupidius cōmutantes, diuinum, ut ait, supplicium commeterint, cum accurata resumptione eius, quod supra peregerat, Verbum Domini Principū patrocinio non indigere, ut cuius efficientiā, neq; a T. Celsit. neq; a concionatoribus euangelij seu pastoribus populi pendeat &c. Et huc tandem exit, suo quenq; arbitrio, cum in rebus fidei, tum in copulanda sibi uitæ consorte permittendum, ut impune sequatur, qd' sibi sequendum duxerit, usq; eo dum uinculum publicæ tranquillitatis non soluitur. Adiicit epilogum non rudem artis, quem repetere omitto.

Hæc est totius libri summa, cui duximus ex instrumento ueritatis accuratius respondēdum. Id nunc facientes nos Celsitudo tua, tanquam ministros Christi, beneuolo ac libero aio accipiat. Necq; uitio uertat, qd' publicere-spondendi partes priuata fortassis autoritate suscepimus. Nam obnoxios nos esse credimus, uel non rogatos ad respondendum pro religione, & pro honestis moribus, siquidem

Quare Ar-
gen . ministri
respōderint.

A ij peruer

DE MISSA, MATRIMONIO ET

peruersi Consultores, noxia pietati & uitæ innocentiae consilia in publicum damnum derint. Idq; quandiu nos uocatos esse, foreq; audiendos, quod ferè uocationem sequitur, existimauerimus, hoc est, dum aditum pafactum esse reuelandæ de regno Christi cognitioni nobis sperare licuerit. Nam quid non speraremus de te tanto Principe, qui ciuis moderatione, cura pater, uigilantia in gregem Christi pastor es, & eius populi, quem Dominus tibi moderandum commisit, uere Episcopus. Nam talis, quantum scio, omnium qui te prius norint approbatione haberis, cum tua olim priuati opera non solum apertū sit Verbo Domini hostium, sed magno cum fructu pridem in ditionem illam introductum sit, ac latissime receptum. Cuius uigorem Satanæ calliditas, ne quod reliquum est abominationum aboleatur, per consilij simulationem labefactare admolitur. Ergo celsitudini tuæ quoniam communis Christi causa in periculu uenit, non ut alieno, sed ut nostro Principi pro doctrina & uita Euangelica ac saluti tuo rum consilium fide dabimus meliore.

Ad quod officij nos quoq; charitas erga fratres nostros, qui illic pastores animarum agunt, exhortatur & impellit, quæ iubet, ut mutua ope, quoties fert usus, nos adiuuemus.

Quod

Ducis Ru-
pertii, & uiri
principis
Iahs.

IVRE MAGIST. IN RELIG.

Quod facimus non sine Apostolorum exemplo, quorum alij aliorum doctrinam sanctissimo syncretismo interdum comprobarunt. Ex quo mutua consolatio, & in ueritate confirmatione oboritur, iuuat em quicq; ut causam suam agenti ferat suspectias. Nostra quidem refert, haud mediocriter, ut regnum Christi amplificetur, & uicissim auditu iucundum est, quod alijs diligentia & studium nostrum, in publica impensum non improbetur. Quare cum confessione in ueritate Christi nihil sit animo pio iucundius, fratribus nostris, qui in Euāgeliō Christi subditis tuis deseruiunt, sine dubio ita conciliabit hoc nostrum de ipsorum doctrina & consultatione testimonium, gaudium singulare, ut nobis eius dandi occasio uolupratem attulit singularem. Adeo nobis causa hæc communis est, qui communem Christum communii eius spiritu prædicamus. Alioqui tam impudentes nos celsitudo tua, ne estimet, qui alieno se negocio ueline sine iustissima occasione admiscere.

Diuisio responzionis:

CAP. II.

Totum igitur consilium tribus uidetur quæstionibus cōtineri. Prima est, quid,
A iiiij & quo

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

& quo usq; profano Magistratui ius compe-
tat in rebus fidei, & in viros Ecclesiasticos. Al-
tera quid uxoris legitimæ & quid concubinæ
nomine ueniat. Postrema, an licuerit Patri-
bus & Ecclesijs ueterum, concubinas in uni-
uersum prohibere. Nam quod prohibuerint
in comperto est.

De his tribus quæstionibus ex scriptura,
moribus ueterum, & legibus Cæsarum ac Pô-
tificum differemus, prout Dominus, cuius res
agitur, dederit. Ex quo opinor liquebit, quod
est præcipuum huius cōsultationis, quid nam
in Ecclesia constituere Celsitudinem tuam li-
ceat, quid minus, & si ipsa consilij inops non
sit. Christiana enim charitas sollicita est, qua
instigamur ad hoc officij. Itaq; boni consulat
hoc studium nostrum, quod pro fidei sinceri-
tate sine dente ac mollissime explicauimus,
quo minus uspiam extet, quod Consiliarij il-
lius tuī animum ad referendum queat incita-
re. Quin oramus ipse æquo nos animo tole-
ret patrocinantes ueritati, qui sibi ius fecerit
liberius eam accusandi.

*Callet ledere
aduersarium*

Materia & argumenta nihil illum offendere
tint, nam se testatur sententiam meliorem, &
scripturæ diuinæ autoritatem & auditurum
& secuturum esse. Deinde coniecturas inter-
scribendum de se præbet uiri docti, periti, pre-
claræ

IVRE MAGIST. IN RELIG.

claræ existimationis , & iudicij rerum acti
confirmati, qui Celsitud. T. totiusq; ditionis
salutem probe curatam uelit, eoq; liberali-
ter feret, quod dicamus, quæ defensio dici po-
stulauerit. Verum in hac causa non multum
ei tribuendum, foede enim & periculose im-
pingit. Nam qua in re salus tum Principum,
tum populi propriæ uertatur, aut ignorat, aut
non considerat, aut certe uafre dissimulat, ut
qui, quasi Scripturarum ac doctrinæ fidei ru-
dis, plus raciocinationibus perpetuo tribuit,
q; perspicuis scripturis, nec regnū Dei, sed po-
litiam Ethnicam, sine Deo & sine Christo, in
populo Christiano conseruatam studet. Ea
tractatio illi civilis uidetur, barbaries autem
seueritatem sequi scripturarū, quia rationem
eoccam regulam habet. Quanta hęc est blas-
phemias, quanta impietas?

Ad quam impietatem, proh dolor, maiore
ex parte delapsi sunt, qui Euāgelio aduersan-
tur, hoc est, fere homines citra illuminationē
spiritus. Quotus enim quisq; est, qui in publi-
cis & magnarum rerum cōsultationibus, ma-
gis naturam religionis Christianæ, quam car-
nis præiudicia considerat, quæ sunt ambitio,
libido dominandi, auaricia, luxus, inuidia, o-
dium, ac ceterę pestes animorū. In hunc enim
catalogum refero tranquillitatem publicam,

A v quæ

*Iudicium ra-
tionis.*

DE MISSA MATRIMONIO ET

que extra pietatem euagatur, quam Christia-
ni Principes & Pontifices, cum optimi sunt,
plerunq; finem proposuerunt, ut ut regnum
Dei & iustitia eius in populo uiigeret: id enim
eos parum sollicitos habet. Qualem finem si-
bi consultor iste perpetuo proponit, ceu liber
ab omni religione. Qui fieret igit ut in Chri-
stum & gloriam eius non grauissime offendere-
ret, & si fortassis imprudens, & studio publi-
cae utilitatis offendit. Ut quisq; enim sentit,
ita & loquitur. Solutus omni religione ueræ
huius nostræ respectum facere aliquem qui po-
terit. Nam Euangelium de Christo carni &
sanguini stulticia uidetur. Quanto uero dam-
no rempub. afficit uniuersam consultor in
istum modum rationi confidens. Nam si per-
suadet, ex hominum obseruantia semel om-
nem diuinæ gloriæ curam excutiet, certam in
Christum uerum Deum & hominem fidem,
& uitæ probitatem fructum fidei inter mor-
tales obliterabit, fucus inanis in vicem succe-
det, ac relinquetur eius opera assimulatio ani-
mi ad iuuanda publica præ priuatís, studio re-
cte iuuandi abdicato. Nihil synceri uspiam,
nihil sani manebit. Regula gerendi omnia a-
mor sui erit, quo humanæ actiones misere ui-
tiantur. quemadmodum posthac perspicuum
faciemus,

De Ma-

IVRE MAGIST. IN RELIG.
DE MAGISTRATV. QVID IV.
ris habeat in religionem.

CAP. III.

Verum in regno Dei aliquid iuris obtineat Magistratus nec ne, facile statuetur, si naturam eius distincte cognoverimus. Christus nobis adsit, ut stylo id consequamur, quod animi cogitationibus certissime tenemus.

Magistratus est minister Dei in bonum populo diuinitus ordinatus, ut sit ultior ad iram ei, qui quod malum est fecerit, defensor ac pro pugnator inculpat innocentiae. Quemadmodum Apostolus definit Roma. xiiij. imitatus Mosen, qui idem statuit, Exodi xviiij. Num. xi. Deuterono. i. Quare ordinatae potestati non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam parendum est.

Ordinata autem potestas triplex est, tyranica, legitima & Christiana. Tyrannica est quae sine legibus Rempub. administrat, siue authoritas penes unum aut paucos fuerit, aut etiam penes multitudinem coniunctam, quae quidem vim habet & acerrimam & iniuriosam, si ducem adulatorem nacta est. Legiti-

ma. Ordinata po-
testas tri-
plex est.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ma, quæ legibus inseruit, ut est regnum, optimatum potentia, & politia. Nam legibus omnia parere debent. Quæ Ethnica esse potest, nam ratio communis bono pulchre, pspicit, & Philosophi tales uarie constituerunt. Christiana autem est ea, quæ non modo legibus pro bonis moribus facientibus rem gerit, sed etiam pietatem in populo sinceram iuxta uerbum Domini procurat, imo primam in hoc ponit curam, ut uera religio in populo ualeat. Prima se querit, & affectibus rapitur, soluta legibus. Altera populi externâ utilitatē & ciuiles mores, & legibus tenetur. Tertia salutē animæ per uerbum Domini, quæ primas dat religioni, sed secundas & tertias legibus, ad honestatem ciuilem & commoda cætera pertinenteribus. De his tribus potestatibus, quantum ad nostrum institutū satis est, ordine disseremus. ut cognoscamus cui potestati Consultor noster operam suam attemperet.

TYRANNIS CHRISTIANO ferenda. CAP. III.

Principio igitur de Tyrannide nostra sententia est. Si quis principis locum obtinet, & cum detimento subditorum, suum tantum querit commodum, sibiq; & nō Rei pub. studet, is non est princeps legitimus, sed tyran-

IVRE MAGIST. IN RELIG.

tyrānus est, ac sub titulo principis pestis Reipub. Cui tamen per seditionem repugnandū non est, sed potius a pijs toleretur, iuxta illud, Nere statis malo. Et, si quis uolet iudicio tecum experiri, ac tollere abs te tunicam, da ei & pallium. Nam debitam sibi obedientiam iure prætendit. Hic opus erit patientia multa, quia te ciuilis potestatis patrocinium destituit, & priuatus es, priuatorum igitur Christia norum iure utaris, omniaq; feras, donec tyrannum Dominus e medio submouerit, tuaq; & aliorum ceruices a duro illius iugo ordine liberarit, qui tales tyrannos saepius in potestatem inaugurat propter populi peccata, ut pro meritis ea via publice puniatur. Itaq; patienter id flagelli boni perpetiuntur, statuuntq; se duro imperio tyranni uocari ad poenitentiam & ad uitam inculpatiorem: secumq; repulant multa cum fiducia animi, quod causa morbi desinente, simul sit et usus medicinę im mutandus, & cum filij castigati, sint facti meliores, non amplius sit uirgæ locus ullus: Quā pater, si filij disciplinam admiserint, mox igni tradet. Sic nobis resipiscētibus onera humeris Reipub. propter peccata im posita, Deus, quacunq; uisum ratione, facile eximet, locumq; uacuum ac patentem succesori commodiori aperiet. Qualis enim populus

Tyranni tol
randi.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Ius, talis princeps, & è diuerso. Quare per m^{at}rum tyranum peccata nostra, in hoc ut res ipsa scamus, punit clementissimus pater. Proinde ferendam quidem dicimus tyrannidem, sed bonis & in ciuili causa. Quod si pergit uiolare, etiam Deum & Christum in nobis, hic ea plane propter conscientiam timenda non est, dum pro loco iuxta nostram ipsorum uocatio nē, & absque libidine nouandi aduersus tyranū idem ueritatē affueueremus. Nam multi multa, sine fide, & magis temeritate quam iudicio ad profitendū irruerunt, ut quos Deus in professores necdum elegerat, neque eis ad tātanū sustinendam prouinciam satis virium sufficerat. Itaque miseri qui temere nouant quantum sumptus in hanc turrim impendendum, nondum subduxerunt, & adoriantur imparati strūtam omnium difficilimam.

Verum hos missos faciamus, quia de proprie tate uereque magistratibus nobis proprius hic sermo est. Hi sunt autem duplices, alijs quidem Ethnici, aut similes Ethnicis, alijs autem ex animo pīj, aut certe externe pietates praesertim rentes. quales in populo Dei nonnunquam uiguerunt, & nobis aliqui nunc sunt, aut ut sint plures precibus efflagitamus.

Quod

Probus magistratus aut prosanus aut pius est.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 6

QVOD ETHNICIS PRAECIPVA
ratio bene gerendae rei, religio fuerit.

CAP. V.

F Thnicos, & his pares uoco, qui sunt si
ne Deo, & sine Christo in mundo, ut
Apostolus loquitur. nihilosecius tamen in po-
pulo, qualem qualem religionem instituunt,
fouent, amplificant. Sicut Numa Pompilius
fecit, qui cum Egeria nympha congressus ha-
bere se nocturnos commētus est, quo reddere
tur autoritas eius populo commendatior.
Hoc nomine Stoicos Epicureis in moderan-
dis rebus publicis præstare antiquitati per-
suasum fuit. Nam tolle numinis reuarentiam,
quæ facinorosos quamvis occultos obseruet,
et ad poenā alliget, et simul aditū pate fecisti,
stupris, adulterijs, furtis, periurijs, insidijs, par-
ricidijs, seditionibus, & id genus grauissimis
facinoribus, quæ metu deorum, a uulgo non-
nihil abarcentur. Refert itaque persuasionem
receptam esse, multa neafria diuinitus et no-
tiæ hominum prodi, & interdum clam pu-
niri, quæ remotis arbitris facinorosi designat,
ut uidere est in parricidis ac latronibus, qui
quam mirabili iudicio ad iudicis cognitio-
nem sæpen numero ueniant, nemo ignorat, qui
Qui Ethnici
ambiguam

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ambiguam harum rerum sortem iudicio spiritus ponderare sustinuerit. Ex hoc sane fonte manarunt, religiones plurimæ, reverendæ maiorum ceremoniæ, deorumque ridicula multitudo. Quod esset quibusdam prudentibus uiris persuasum reserte publice, metum ualere Deorum, unde gentes sancti habuerunt ceremonias in cultu Deorum, quod quidem proverbio locum fecit, Pro aris & focis.

Quæ in præcipua ueneratione haberetur, eosdem & religionibus Deorum, & summæ Reipub. præesse uoluerunt. Neque quicquam ardui inauspicato gesserunt uiri prudentissimi, non tam, quod plurimum in superstitione momenti collocarent, quam ut de dijs malorum facinorum ultoribus opinionem in animos hominū insererent, insitamque corroborarent, qua opus esse senserint ad populum in officio retinendum & moderandam multitudinem. Proinde Plato Deorum religionem legum procemia fecit, & sanxit ut eam primo legislator constituat, quod ea recepta uulgi animus ad salutares leges aut rogas, aut scitas accipiendas pronus efficeretur. Quid enim obstat quo minus sceleribus & flagitijs decreta esse supplicia ei placeat, qui numinis uim nunquam non præsentem adorat, & ex eo quod peccata uel diu dissimulata credat

IVRE MAGIST. IN RELIG. 9

Credat grauiore suppicio afficienda, exhorta
rescat.

Tales magistratus informant philosophi,
& hos iudicium carnis in constituenda Re-
pub. facile imitatur. Quod cum sit ethnicum,
pro summa ratione consultor noster Christia-
nus sequitur. At nobis iam res est cum Celsi-
tudine tua, tanquam principe uere Christia-
no, neque sane talem aliquem hominem eth-
nicum dixerimus proprie Magistratū esse in
populo Dei, neque consultorem pīj Magi-
stratus.

Atqui Consiliarius iste in talem quandam
profani principis imaginem animum religio-
ne liberum, intendit. Neque enim a Magistra-
tu aliud quam publicam tranquillitatem re-
quirit, quam et bonus Ethnicus interim haud
abnuerit, atque in hanc sententiam diuum
Paulum detorquet, quamvis repugnantem,
quem ait in priore ad Timoth. cap. secundo,
adhortatum esse, ut fiant deprecationes, etiā
pro regibus & omnibus in eminentia consti-
tutis, non ob aliam causam, quam ut placidā
& quietam uitam degamus. Quasi uero cru-
cem Christi professus, nihil per se quam car-
nis ocium uenetur. Omitit autem astute, clau-
sulam hanc, quam Apostolus eodem loci ad-
iungit, ut placidam & quietam uitam dega-

quietem eiū
petant Chris-
tiani.

B. mū,

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mus, cum omni pietate & honestate, quasi diceret, per se quietam non moror, sed quiete expero quatenus ad pietatem & honestatem profuerit. Nam alioqui malit, ut mille tormentis impeteretur Ecclesia Dei, quam ut ocio & luxu in uitia disflueret, quandoquidem uirtus in infirmitate perficitur. Et, patiendum hic est cum Christo paciente, ut cum regnante aliibi una regno potiamur.

*Magistratus
curet Eccle-
siam.*

Fateor equidem quod nemo Apostolorum legitur admonuisse magistratus, ut religionis & Ecclesiæ synceritatis conseruandæ curam susciperent, nam hoc uehementer urget. Certum est, non nego, Apostoli super exornanda ac defendenda Ecclesia Christi, cum suis magistratibus nihil egerunt, quia nondum erat magistratus, qui id audire sustinuissent. Atqui D. Ambrosius Theodosium & Valentianum, & Augustinus Honorium Cæsarem cum magno Ecclesiæ commodo uterque hortantur & urgent, ut contra aduersarios patronos, & contra hostes defensores Ecclesiarum se præberent. Nam cum in Ecclesiæ impressionem, partim ethnici, partim his peiores hæretici, saeuissime tamen facerent, utrosque hostes Ecclesiæ per ministerium gladij seu diuinum opus abarcendos merito censuerunt, & leges in illos, et si uiri extra controuer-
siam

IVRE MAGIST. IN RELIG. 16

siām sanctissimi , graūter ferri procurarunt,
quæ C. de hæreticis & Manichæis extant.
Imo alij quoq; Ecclesiastici patres ferè laudi-
bus uixerunt eos Cæsares, qui Deo & religio-
ni rem pub. administrarunt. Quia cum omnia
quæ Dei sunt, eius gloriæ inferuire debent, &
scriptura pariter omnium obsequium postu-
lat, cur magistratum tantū Dei opus, ab ea ob-
ligatione liberassent , uiri Dei cum regno
Dei promouendo toti insistebant.

Iaq; Christianus etiamnū cum Paulo
precatur pro uita tranquilla, prout ad pietatē
ac honestatem Ecclesijs tam disiectis, quam
bene constitutis fecerit. Et quemadmodum
sanctissimi patres Ecclesiastici præterea suos
principes inhortabantur, sic nos demus ope-
ram ut eodem quo Apostoli spiritu, nostros
Magistratus, ut gladium a Deo suscepimus ad
gloriam eius procurandam conuertant fortis
ter instigemus, & illi pulchre Domino per-
nos quid fieri uelit loquenti, obedierint, cum
abominationes ex Ecclesijs, & foedum con-
cubinatū ex Repub. eiecerint. Verum enim
uero prorsus ethicum, et à spiritu Christi pla-
ne alienum esse nouimus , finem summum
Reipub. constituere, publicum ocium, acre-
rum affluentiam , ut ut religioni & moribus
populi successerit, quemadmodum consultor

B ij ille

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Ethnicus

Magistratus nihil quam pacem petit & ciuilem honestatem.

ille in hoc suo scripto diserte constituit.

Neque sane aliud a principe sine uerbo De rationem sequente, postulandum. Ea enim unum illud in politia expetit, ut multitudine religione ceu freno coercita, constitutionibus pareat, officioseque studeat publice quieti & opinioni honestatis. Rationis enim actiones amor sui moderatur, in quem ceu scopum dirigit omnia, ut pote Dei & iudicij diuini, quod est in expectatione christianis, nescia, quem amorem sui, naturam & honesti regulam philosophi faciunt, iuxta quam uiuere, illis ferè est bene uiuere. Nec probitas à ratione constituta, præter pacem publicam, de magistratu quicquam requirit. Nam supra huius uitæ commoda non assurgit. At qui nos, Christo il lustrante, longe altius cernimus, altioraque ab ijs requirimus, qui supremi regis populum ad eius uoluntatem moderandum suscepserunt, de qua re nunc dicendum est. Hæc de legitimo, sed profano magistratu dicta sint.

Magistratus curet primo religionem.

Tertium genus Magistratum est uere pi um & religiosum, de quo nobis proprie agen dum est, quia res nobis est cum principe non religionem. Uulgariter pio. Itaque pī Magistratus sunt, principes terrarum, ac ductores Rerum pub. qui meditantur quod iudicium non sit suum, sed Domini, cuius vicarias partes gerāt, rem pub.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 11

pub administrantes, qui non sunt ~~admodum~~, ~~et~~ ~~in~~ ~~scripturam~~, ~~et~~ ~~ab~~ ~~tempore~~. Eoque se Deos dici nō
runt in scripturis, quod in populo Dei, eius ui-
ces obeant. Et subinde in mentem reuocant,
animoc̄p contemplantur, quod in sui gloriam
Dominus Deus orbem terrarum considerit
et conseruet, occultaque uirtute etiam num-
gubernet. Huius uoluntati & consilio se ad
aptant, non cupiditatibus suis. In eundem
ceuscopum, partes munera omnes, & nō
ad priuatam libidinem, destinant. Omnibus
enim neruis contendunt, ut per suum ministe-
rium diuinæ gloriæ potissimum subserua-
tur. Ideoc̄p maxime dant operam, ut Euange-
lium populo prædicetur, hoc est, poenitentia
& remissio peccatorum per Christum, reie-
cta defactis proprijs confidentia, & eo cultu
exploso, quem in ceremonias pontificis &
humanas constitutiones, mundus, non di-
co solū, frustra, sed etiam impie, & cum dam-
no suo fundauit.

Religione bene constituta, reliquam curā,
ad commoda Reipub. temporaria cōuertunt,
nec̄p aliud æque captant, atq; ut populo sint
autores pie inculpateq; uiuendi.

Quocirca pacem ab hoste foris, & domi ab
intestinis motibus tranquillitatem, nolunt es-
se libidinum & intemperantiae materiam,

B iii Domini

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Domini benedictionem nolunt in occasio-
nem rapi dicendi Deo conuicia, neq; scelera-
te flagitioseue inter homines uiuendi, sed in
hoc duntaxat ocium amant, & colunt, ut id
ad ordinem in Ecclesia conseruandum pro-
fit, sine quo uinculum unitatis Ecclesiastica
disciplina dissoluitur, & hominibus de se be-
ne merendi facultas adimitur. Nam aduerso
tempore species Ecclesiae, non solum Eccle-
siae intercidit ueritas, ubi homines sine lege cu-
piditatem refrenante singuli sibi uiuunt, &
quisq; sibi quiduis quod lubet & faciendi &
patiendi, autor atq; hortator est. Contra, si
in pace est Ecclesia Dei, alius alium exadi-
cat per ministeria spiritus, quæ Deus uaria po-
suit in ecclesiam i. Cor. xij. Ephe. iiiij. & quisq;
studet suo dono alijs prodeesse.

Pacem cur
petamus.

Nos perpetuo Dominum hoc tempore pa-
cem oramus, neq; tamen nos esse exauditos
putamus, nisi pace nos adiuuari senserimus,
ad conuentus inter nos purioribus mentibus
celebrandos. Nam aggregationem nostri sum-
mis uotis in hoc oramus, ut structura corpo-
ris Christi, coniuncta opera per nos promo-
ueatur, & eiusmodi petitum semper ferimus,
& si saepius cum conturbatione, modo quie-
tis animis, sineq; respectu nostri ad Deum eō
fugerimus. Videmus autem q; necessarium

It, ut spaciū pījs detur ad uerbum, & Sacra
metita ordine administranda. Vnde discipli-
na & seueritas Ecclesiastica obtinet, qua con-
tagiosi à grege reliquo demum exterminan-
tur, ne noceant, qui sāuiente persecutore uin-
culis quoque Pauli mōrōrem attulerunt, &
magnam sanctis quotidie molestiam adse-
runt. Nam tempore persecutionis necessitas
est, se potius ad crucis tolerantiam cohortan-
di, quām ut uacet ea tractare, quæ ad instru-
endam ornandamq; Ecclesiam faciunt. De-
inde cernimus planè quām sāpe ac sāpius o-
cio torpescamus, si datur carni securitas a peri-
culis, & a laboribus respiratio. Historiæ sa-
cræ huius exempla plurima habent. Tam pi-
gra & negligens Dei res est, externa quies, si-
ne exercitio crucis.

Ergo meminerint pīj, quid in persecutioni-
bus momenti adferant aduersæ res, maxime
ad tenorem fidei conseruandum. Et rursus, qd
pacem debeant ad ornandos Ecclesiæ coetus
conuertere, quo preces & gratiarum actio-
nes Domino ardentiores fiant, mores emen-
dētūr, & animus ad futuras tempestates per-
uerbum Domini præparetur, ne fluctibus
terum aduersarum propter insolentiam &
imperitiam frangatur, & semel concidat. Eo
fit ut oīum suum pīj homines, transmit-

B iiiij tant

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tant minime ociose. Ah Domine Iesu, respice
& nunc temporis laborantem Ecclesiam, &
sacrum oculum rebus undique nimium exagita-
tis, Christiano nomini tandem permitte, ne in-
firmi bellorum periculis, odiosissimisque sectis a
deo dissipemur. Da tandem, experiamur, quam
bonum & iucundum est, fratres habitare in
unum, ubi mutua ope sibi adiumento omnes
sunt, ut Christus tam animo quam factis ho-
minum plenius exprimatur.

Sed ad rem. Pacem optamus, quae causa no-
bis, sit, propius imitandi Christum cum omni pie-
tate animi, & uitæ honestate. Ad hoc nobis
pij Magistratus conducunt, & semper condu-
xerunt. Quibus nunquam satis fuit Rempub-
li perituris diuitijs, terrena felicitate, & ocio
ignauiae fomento floruisse, sed præcipue flo-
ridam reddere, uera religione, uitaque inculpa-
ta semper studuerunt.

Sic Abraham inter suos magistratum ge-
rens, foedere circuncisionis totam domum Deo
coniunxit. Sed & hostibus in Canaanæ & so-
ciis in Mambre altare construxit, ut exem-
plu suo utrique admoniti discerent inuocare do-
minus, à quibus antea pacem & societatem
adeptus erat. Sed pacis fructum, palam sup-
plicando Deo captabat. Fructus autem om-
nium iucundissimus fuit, quod Domini Dei
secum

IVRE MAGIST. IN RELIG. 19

secū foederati cultus,ceu per colonias ad alios late dederetur. Quorsum enim alioqui Patriarchæ sanctissimo pax , qui refugit pacem impiorum, qui in terra nullam sedem habuit, qui à Domino uarie exercebat, qui oīcium & negocium huc pariter contulit, ut armi & necessarij sui, imo hostes quoq; summo Deo foederati essent. Sic inter Hetæos Deum laudauit , in hoc illis specimen religiosæ mentis præbens , quo illi ad laudem Dei decantandam suo exemplo accenderentur, à quib; antehac terram, quam uolebat, pro sepultura uxoris , prece & pretio ægre impetraverat. Näm ingenium timoris Domini est, creatoris ac redemptoris sui gloriam semper amplificare sine respectu ullius terreni cōmodi.

Itaq; finis administratæ Reipub. inter Ethnicos est publica pax ad ciuiles mores faciens, ut sentit Aristoteles in tertio Politicoru. Inter pios autem , & Christianos , publicata gloria Dei, finis est, uel cum perturbatione & tumultu Reipub. & cum fuga priuatorum ciuiū, modo cultus & honor Dei sit saluus . Māunt Machabæi bellum viribus suis incomparabiliter maius adoriri , quām perpeti, ut hostis diuinam à populo legem adimat, in qua propter implicitū fœdus, sitam sciuerant gloriam Dei , hoc est, misericordiam, qua omnes

Finis administratæ
Reipub.

B v opus

DE MISSA, MATRIMONIO ET

opus habemus, per quam Deum , ut patrem
ueneramur. Tantos in uera religione Her-
as Consultor noster diuinæ contumeliae reos
fecisset scilicet, quod cum essent magistratus
tiuiles, imo nondum ad plenum magistratus,
nam tantum sacerdotes erant, sine tamen alio
principe, religionem manu asserere ausi fue-
rint. Arguisset & Lothuirum sanctum deme-
tiæ, quod hospes Sodomitis ocium turbarit,
per hoc quod federit in portis eorum, hoc est,
ueterum sententia, quod illos iudicauerit, &
qd officij iustorū hominū esset prædicauerit.
Nam spectasset ultra finem Reipub. quia non
inter se tranquillos solum , sed etiam in pere-
grinos misericordes & timentes Domini esse
uoluit. Et uoluit ut affluentia bonorum ci-
uitas ad gloriam Dei prædicandam profice-
ret. Neq; adeo nefaria istorum flagitia ferre su-
stinxit. Quæ cura Consultori aliena , uel poti-
us impia in pio magistratu uidetur.

Longum esset e scripturis omnium piorū
exempla colligere, qui gloriam Dei & religi-
onis puritatem vi & gladio, pro virili pro-
mouerint . Nam omnes pariter sancti, quisq;
populo sui temporis, nō tam pacē , quām foe-
dus Dei colendum inculcauerunt , quantum
pro modulo uocationis suæ quisq; potuit. Ne
que aliter pacem docuerunt, quām à Deo, ob-
sequendo

IVRE MAGIST. IN RELIG. 14

Sequendo uerbo Domini, petere. Quare fœ-
dus illis præcipuum semper fuit, quod in Isa-
eo, Iacobo, duodecim patriarchis, Iudicibus,
propheta Samuele, regibus pijs, perpetua tem-
porum serie abunde uidetur, quibus omni-
bus rerum gerendarum finis non fuit aliis,
quam conseruatio ueri cultus, ac probæ uitæ
in populo. Siquidem scripturarum testimonia
pondus habent.

Excutiatur primus populi dux Moïses cū
sua in populo Dei œconomia, illius potissi-
mū exemplo euidentiam propositi nostri o-
stendemus. An non perpetuo docuit non tam *Moïsi quis*
scopus in ad-
ministrando
populo.
externam pacem, quam seruandum foedus di-
uinum, & fidem Dei? An non ad obsequium,
ad fidem, ad dilectionem Dei, Reipub. cur-
sum perpetuo direxit? An non fidei in Deum
ubicq; primas dedit. Fatebitur uirum Dei ad fi-
dem Deo habendam assidue suasisse, qui Deu-
teronomiū uero iudicio pōderauerit. Ex quo
legiferendē bene longā de conditione rerū, et
de Patriarchis primoribus, priscoque mun-
do, historiam præmisit, ceu exempla diuinæ
potentiae indubitata, largientis præmia pijs,
iuxta pollicitationes liberaliter & gratuito,
& pcenā irrogantis incredulis atq; inofficio-
sis, prout in minis legis tum prodendum, aut
sam pridem proditum erat. Nam tempore de-
scrīp

DE MISSA. MATRIMONIO ET

Primam tabulam Moises gladio defendit.

ferti legem, hoc est, quinque libros suos absolvit. Deinde primo præcepto implicitam summæ promissioni fidem stipulatus est. Ego, inquit, sum Deus tuus, qui te eduxi &c. hoc est, quoniam diuina beneficia tibi solus præsto, uolo ut mihi uni fidem habeas, & unum in periculis inuoces. Si Deus uester sum, quod uerbis meis affirmo, uestro assensu ac fide mea uobis Deum esse comprobetis, & me unum inuocetis in periculis. Nam tanti sum cuique, quanti me sibi esse ex uero corde crediderit.

Hæc ex primo præcepto statuuntur obiter animum aduertenti. Nam præceptum Domini id exigit, quod sonat. In quod præceptum, quia ordine primum est, & promissionem salutis in se inclusam habet, reliqua fundauit legislator, atque ob id maximam curam, summâ diligentiam, & singularem industriam exerit in eodem explicando. Quod dixi ex Deuteronomio cognosces, ubi perpetuo cursu per secundum capita, aut amplius, hoc primum præceptum declarat, & fidem in promissionem Dei docet. Præterea per quadraginta annos quibus populo præfuit, quid aliud æque docuit ac fidem hic præceptam, nam unam subinde incredulitatem & ignorantiam Dei suis exporbat. Expendatur cap. Deut. xxix.

Non nego grauissimum, & longe maximū facinus

IVRE MAGIST: IN RELIG 19

facinus est, munera Reipub. ita curare, ut pacem & tranquillitatem ciuilem alas, id quidem præststit Moïses, tametsi pondus iudicium populi in humeros seniorum inaccisum tandem deponeret, Domino ad id per Ietro forenum hortante, tanquam sibi minus congruens, & unius hominis viribus maius, ac partes Dominum consulendi sibi princeps & capit populi reseruauit, ceu modis infinitis præstantiores, & pastori populorum decentiores. Itaque Aarone interprete ad formandum populum in religione ut sodali usus est, quo etiam partem officij maxime necessariam diligenter absoluueret. Quasi facto suo demonstraret, proprias principis partes esse, dare operam in populo religio, sine superstitione, ualeat, uigeatque. Nam doctrinæ pietatis gladij administrationem diligentemente attemperauit.

Rara supplicia in ciuilibus, in fidei autem criminibus & horrëda et plurima sumpsi, graues poenas constituit in transgressores primi precepti, magna seueritate animaduertit in pruaricatores, magnopere saeuit in idololatras, adoratores uituli conflatis in statione Horreb, quem Aaron propter externam pacem, populo permiserat. Quoties & quanta cum gruitate peccata, quæ recta aduersus Deum non exprobrandi causa populo obijcit, sed gratia

Fidem Moïses defendit.

com.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

commonendi, quò similia uitarent in posterum. Et nunc contendunt isti consultores pi' um esse, ut externa tranquillitate confituta de gloria Dei, nihil sit anxius Magistratus. quanta ista est iudicij peruersitas? Quint Princeps ad fidem excitandam, quæ est caput ueræ religionis, & sæpe, & accurate admonet, hortatur, orat, obsecrat, pollicitis magnificis inuitat, a' rebellione immorigeros supplicijs deterret, agitq; omnia, ut homines sint obedientes Deo, qui natura proni sunt ad repugnandum, siquidem per se agunt circa dominum Dei singulare, & ut recto corde Deum ament & ei adhæreant, unumq; adorent. Neque tam sollicitus est pro corporis, quam cor dis tranquillitate, qua sola de diuinæ benevolentiae persuasione constat. Hoc dictis factis que omnibus efficere studuit, ut crederent Israelitæ sibi patrem in coelis habitare, qui ipsos diligat. Ex qua fide uera pax & salus corporis atque animæ exoritur.

**Quomodo
David curā
religionis
habuerit.**

David in pace agens, obseruatusq; populo plurimum, cui religio ad plebis animos in officio tenēdos abunde suppetebat, tamen arcā foederis urbi Ierusalē nouo exemplo et pompa magnifica introduxit, excelsa demolitus est, ordines sacerdotum ac Leuitarum, partim ministrantium, partim inter sacra canentium, cōstitutū

IVRE MAGIST. IN RELIG. 18

stituit, et sic uerum cultum plurimum adornauit, quæ ratio colendi in templo deinceps aprobante Domino conseruata est. Hæc prudenterissimus rex, non propter pacem externā effecit, neque ut populum sibi deuinciret, sed ut exemplo suo, & rituum ueneratione populum ad sacra facienda, & ad uerbum domini audiendum amplius incenderet. Nam eum alioqui habuit obsequientissimum, ac sibi deuinctissimum.

Nec id solum fuit in Dauide, quin omnes reges, & optimi quicq; in populo Dei, quiddā supra pacem terrenam semper quaesierunt, & per religionem ueram se Deo semper comprebant, necq; unq; fucato cultu, necq; splendidis idolorum mendacijs, gratiam uulgi captare studuerunt, quin religionem rebus omnibus prætulerunt, tantum propter conscientiam, uel cum periculo publici ocij. Nam finis eorum erat, placere Deo, iuxta uerbum suum, & illum uere cognoscere ut patrem, uereq; invocare in periculis.

Quid quod sæpius uidere est summam pacem summatimq; tranquillitatem impijs rerū potentibus. Quod sit, ut Deus bonitatem suam declareret etiam in malos homines exubera re, utq; admoneat, cum pijs externa commoda illargitur, illis finem ac præmium religio-

DE MISSA MATRIMONIO ET

nisi ea non esse. Quantum ocij fuit rege Ma-
nasse homine improbo & abominabili, per
tantam annorum seriem. Quam contra fœua
tempestas breui sustulit nepotem pium illum
Iosiam. Nostra igitur Christianorum de pace
promissio, carnis huius irrequietam & noxi-
am pacem, longe superat. Nam & hostili ma-
nu interfecti, adhuc in pace diem claudimus
extremum. Quibus dicitur, Beati qui persecu-
tionem patiuntur propter iustitiam. Qui uos
occiderint, putabunt se Deo præstare obsequi-
um, & id genus. Sic Iosias cum bello suo exi-
tiabili, omni præconio dignus habetur, et Ma-
nasse felix et ociosus, omniū maxime uitupera-
tur, cuius posteritati peccatum Manasse seni-
per obiicitur probri causa, quia populum Iu-
da primus hic docuit idolatriam, ut Iosias
pium cultum iuxta uerbum domini reparauit,
huic Idololatræ satis fuit administrasse Rem
pub. quiete. Illi autem sancto ac pio scopus
erat populi pietas, & in eo gloria creatoris.

Nec uidemus quid in regno Ahab uel prudē-
tiæ, uel uirtutis desideratū . Nihil em̄ prophe-
tæ que illi imputat̄ ac nimirū ad externā pacē
respectū. Ea culpa illi grauissima, ac regi mu-
neris depravatio maxima est, cuius est, popu-
lo optima saluberrimacq; cum primis præscri-
bere, & præscripta ut moribus accipientur,
effice

IVRE MAGIST. IN RELIG.

efficere, hoc est, rectum cultum Dei subere, &
authoritate atq; imperio tueri. Nam ex uero
cultu salus, ex peruerso exitium esse, quis ig-
norat, qui prophetas obiter inspexit? Deinde
populus Dei est, non regis, & eius qui uerbo
suo portat omnia, & suam opem foedere no-
bis addixit, non caduci homuncionis. Quo-
modo igitur de eius benevolentia in dubium
ueniret, quibus eam addixit? & quem tam sit
modo freti praesidio timerent? Quocirca praece-
pue in Deum, ceu monarcham per reges &
magistratus administratos illius, populus dedu-
cedus est. Na omnis potestas ordinata a Deo,
sicut ab artifice, instrumenti usus profici-
tur. Cura illa ut populus Deo adducatur, o-
missa, pacem publicam immodice captabat
Ahab, eo que maxime nomine uituperatur
apud Esaam. Non igitur ~~enotis~~ magistratu*s*
propositus est Recipib. tranquillitas. Ratio-
nes quæ ex natura Christianismi sunt, infra
perstringentur.

QVOD MAGISTRATVS CRE-
ature efficaciam uerbi adiuuet.

CAP. VI.

His itaq; tribus Magistratum ordinis
bus, tyrannide, Ethnica & Christiana
C politi,

DE MISSA MATRIMONIO ET

politia, mundum Dominus gubernat. Fastu
bus quidem populi animos tyrannis premit.
occultam eius impietatem in lucem profert,
per profanos homines, nam liberū sinū blas
phemare sed per pios principes, qui numen su
um uere timent, electis consultit ad salutem
sempiternam. Postremi sunt proprie Magi
stratus, in populo Dei, ut à scriptura descri
bitur, & positi in ecclesia gubernationes, cu
ius membra sunt: alij tyranni & seductores
sunt, & si legibus utilitatem publicam & pa
ce, forte, procurant. Non em̄ legibus que sint po
puli Dei proprię parent, quibus tamen debet
parere omnia, eōq; Dei iram omni bello dete
riorem in subditos introducunt. Itaq; ut ijdē
sint homines pij, tamen impij principes sunt,
propter eam legum in populum Dei ualentí
um transgressionem. Nam quis dixerit princi
pem piū eum, qui non piorum gratia, neque
pro gloria Euangelij, sed hominibus tantum
& pro uentribus & ocio Rempub. admini
strat, quiq; nec id ē medio sublatum iri stu
det, quod rationes pie uiuendi obscurat & im
pedit, neq; id in uicem introductum, quod ad
pie uiuendum est necessarium. Ergo supersti
bi & Sacmentorum legitimū usum, pius
princeps, pmouet, praua corrigit, si potest, sin
minus

IVRE MAGIST. IN RELIG. 18

minus, desperata tollit, meliora supponit, et in
oculis & usu populi exercitia retinet, ad quæ
consilia sua prouide moderetur. Sunt enim
patres & pastores populorum, qui bene præ-
funt. Sequitur quod legitimus populi Dei ma-
gistratus non fuerit, qui uoluntatem Dei ceu-
legem non sequitur.

Neque huc dicta sint hæc, ut quis existimet
libertatem & licentiam plebi largitam, fre-
na improbi principis seditione excutiēdi. Nam
ex uerbo domini liquet, cui quip parentū Magi-
stratū. tyrāntico, ut eius iniuria ad pietatē ex-
erceamur. humaniori illi, quem profanū dixi-
mus, ut multis malorum offenditionibus proba-
ti manifesti siant, uere autem pio, ut authori-
tate & exemplo eius, in Christum felicius ex-
ædificeris. Neque adeo Euangelium, iniurijs
hominū docet per tumultum repugnare, sed
patienter eas ferendas præcipit, maxime uero
omnium, uim principum, dum intra imperij
sui terminos resistunt, id est, cū ea demum one-
ra imponunt, quæ ad corpus, & quæ ad hanc
uitam pertinent. Nam præcientium quæ cō-
tra Deum & uocationem nostram, obedienti-
am, bona conscientia relinquimus, audientes
potius Deo, quam edictis hominum. quorū
nam parebimus, si iurisdictionē cœlestis do-

*Malī princi-
pes quo usque
ferendi.*

C ij min

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mini non uiolant, habeant tyran ni ius fori & corporum nostrorum, quod uolunt, modo nobis Christus noster poli ut aiunt, & animæ iudex maneat. Facultates igitur, existimatiō nem, amicos, uxorem, liberos, uitam ipsam, si ueiure, siue iniuria læserint, nihilominus ferendi sunt & colendi Christianis. Sin per gunt ad abiurandum Christum nos cogere, hic totis uiribus obstandum, tamen ne cum est manu reluctandum, quia corpus & hanc uitam esse terreno principi subiectā agnoscimus, sed animi uirtute repugnandum, & armis spiritualibus, à fidei gubernaculis tyran nos per multam patientiam dejciamus, profitendo uidelicet libere quod res est, dum uita superat, siquidem fidem uiolant, & nos nulla carnis affectio, sed eius fidei spiritus trahit in periculum, & alioqui uidebitur gloriæ Dei referre, ut fidē profiteamur. Si corpus occidunt, intra suam iurisdictionem adhuc uersatur eorum contumelia. Quod si gratiæ Christi abiurationem imperant, mox alieni regni gubernacula occuparunt, & nobis iurere repelluntur uiribus illi regno quod inuaserunt paribus, hoc est, uera patientia, uera inuocatio nē domini & uerbilibertate. Nihil tum illis patientiæ, nihil obsequij debemus, anima enim Deo fidelis, solum Christum dominum & iudicem

dicem patitur, auersatur carnem & sanguinem.

Nec nunc diligentius excutiemus Ecclesiasticorum iurisdictionem, & priuilegia, quæ tyranni conscientiarum falso prætendunt, & consilium infra nobis apertius opponit. Nam ut paucis rem attingamus, ne quis scrupulus lectorē hic offendat. fatemur quidem esse aliquam potestatem inter homines aliquam spiritualem, sed non qualem Romani Pontifices, Epi scopi, & horum uices gerentes, perperam sibi vindicant. Quia quemadmodum principes edictis ac poenis imperium in subditos, sic isti constitutionibus humanis in animas regnum explicat quod repugnat liberationi per Christum factæ. Ex quibus rursus cultum faciunt, & nouam rationem remittendi peccata, conscientijs dominantur, iubent ac uetant quicquid uidetur, cōtra uoluntatem & contra præceptū Dei, contrāque libertatem spiritus christi. Nam in rebus medijs & interdum malis utuntur his minis grauissimis, sub poena excommunicationis, sub periculo amittendæ gratiæ dei. Et ex ipsa superstitione et idololatria, qua tribuitur creaturæ honor Dei, adiiciunt metum perdifficilis iræ beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli &c.

Huiusmodi uero potestatem quis dixerit in
C iii homi-

*Spiritualis
aliqua potes-
tas est, sed
ea manet pe-
nes Christū
& Ecclesiā.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

hominem competere. quis mortuorū minas
nō abhorret. Soli em̄ Deo potestas est corpus
interficiendi, & animam in gehennam abiendi,
solus peccato alligat & iterum liberat,
solus iubet & prohibet, sigit & resigit, prout
gloriæ suæ interfuerit. Et in summa solus docet
insertum naturæ peccatum, & agnatum de-
bet, nouumq; hominem solus facit ex uerusto,
qui Deum uere timeat, uere diligit, uereq; pa-
tiatur in se Dei opus, & cæteros motus spiri-
tuales confert solus, quos caro & sanguis per-
fenequit cōcipere, neq; collatos retinere. Hac
potestate Iesu Christus dominus noster à pa-
tre accepta, per spiritum sanctum fungitur, ut
caput in ecclesia sua, qui uitam & gratiam so-
lus largitur, qui dominus est, qui sponsus est
Ecclesiæ, qui eam desponsam sibi dotibus im-
buit, donis ornat, uirtute ex alto confirmat,
qui lege impios corrigit, defectores plectit, igni-
bus punit, & maledictos in sempiternum
damnat. Qui idem uasa quædam ad iram,
quædam ad gloriam præparat. Quare Cōsuł
tor in asserendo Romano Pontifici agenti ex
proprio cerebro potestatem damnandi ani-
mas & seruandi, quæ in solum Deum & Chri-
stum eius competit, ut uere dicam, facit quod
est hominis impij. Rursus illud eiusdem ualde
impudentis est, quod ecclesiasticorum proce-
res

IVRE MAGIST. IN RELIG. 20

res, id est, ceterum fastuosorum hominum, neque inter se consentientium, nisi in tetricis forte affectibus et impensis studijs contra dominum, non ueretur nominare Ecclesiam Christi, & congregationem in spiritu.

Præterea & illud hominis inconsideratio est, quod Pontifici Romano Ecclesiam subiecturus, dicit Christum Ecclesiam coram rege, eocq; eam tutam aduersus uim, & securam contra iniuriam hominū esse debere. Si Christus Ecclesiæ moderator est, ut sæpe dicit, Confiliu[m] lo
quitur con-
tra iurisdicti
onem Eccle-
sisticorum.

qua fronte cedo temonem eius ceu naudero Pontifici assignari. Sed forte hoc rationis habuit, ne si Ecclesiam non agnosceret esse regnum Dei causa protinus caderet, & si capitum non tribueret uim in membra influendi, &c. omnibus uideretur, qui religionem Christi, et scripturam uanam aperte diceret, cum tam claris oraculis minus credere uideretur. Et forte suave ei uisum est ludere in nostram simpli citatem, qui nos Christo totos permittimus. Nam, inquit, si illius statis præsidio, humana remedia malorum cur expeditis, & eiusmodi salibus homo dicax nos aspergit, Eiusmodi multa quidem in nos torquet ioculatorie, qua si stipites sint, qui Christiani sint, & alieni ab hominum ciuitate. Scribit enim inter alia in hunc modum, Ecclesiam Christi esse congregacionem

C iiiij gationem

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

gationem fidelium in spiritu, & regnum spirituale, in quo personis homines nihil discriminentur, diues et pauper, masculus & foemina, puer & senex unus sint, nec imperium hominum in illud locum habeat, sed per solū Christum administretur cœlitus, qui opus non habeat ulla defensione, sed ipse defendat & seruet omnia, ut qui potestatem omnem in cœlo & in terra obtineat. Hactenus de sententia Consulitoris, quibus uerbis cum nos ridet, sive officit causæ. Nam tantum abest, ut iurisdicti onem, ordinem, leges & uim iniustam Ecclesiasticorū approbet, ut totum ceremoniarū ministerium, & institutionum humanarum imperia potius abiçiat, quia in externis & in operum fiducia maxime illi uersantur. Euangelium autem Christi quod eius sermone intellegitur, si extra iocum consideratur in animis hominum regnat, & unius Christi iustitia priorsus nititur.

QVOD COERCICIO MALorum in Ecclesia per magistratum libertati fidei nō repugnet.

CAP. VII.

Nec

IVRE MAGIST. IN RELIG. 24

NEque sane totidem uerbis aliquid affirmatur, quod sit contra Magistratus officium, aut aduersus usum clavium, quibus eam sententiam potissimum opponit. Nam abominationes missarum et stupra, impunita uelit. & a gladio profano & ab Ecclesia, in ea iubeat non animaduersumiri. Christus enim regit mundum atque Ecclesiam suam, atqui princeps sententia sua facinorosos, & Ecclesie contagiosos, ppter ea ne cesseret a reliquo gregi abarcere. Non enim animaduertit suavis homo, modum & rationem Christi regnum administrandi. In quo quidem Christus rem gerit, sed per uerbum prædicationis & sacramenta, & in eo correctionis fraternali, & exhortationis, & increpationis locus est, ejiciendisque ius inobedientes ex Ecclesia, & e celo quoque excludendi, donec resipuerint. Deinde etiam in hoc regno Christi, quia externum ex parte est, Magistratus ciuilis est, qui peccatores a malefactis poena deterret, & præmio ac laude ad officium bonos inuitat. Ex quo minus malorum exemplorum exuberat, metuque imbecilles aduersus lapsum confirmantur. Tollit enim externa scandala, & cogit homines, ut uel ad iudicium, uel ad salutem audiant uerbum domini, quæ auditio publica quam tuetur, facit ad gloriam Dei, ut Deus ius

C v stifice

DE MISSA, MATRIMONIO ET

stificetur, cum iudicabitur, non in se solum, sed etiam apud tribunal cordis impiorum. Magistratus igitur praesidio, hic agentibus, valde opus est, donec spiritui Christi plene parentamus, ac ducem eius uolentes toto corde sequamur.

Terrena cœlesti regno subseruiunt. Quin omnibus creaturis ad edificationem Ecclesiae Deus utitur, nedum Magistratu, sed unaquaque suo modo. reb⁹ quidē naturalibus, ut per facta opificis Dei cognitione pulchre subolescat. uoluntarijs autē & mūdi huius gubernatione, ut inde cognoscamus quam oīa rerum momenta à solo Deo pendeant. à ministerio autem Ecclesiastico, quatenus Deus salutem per illud operatur, & homines gratiam oblatam in eodem recipiūt. Quomodo igitur dixerit homo rerum spiritualium peritus scilicet quod cœlesti regno, in hac mortalitate nihil terreni subfamuletur. Nam hoc profundamente erroris facit consilium. Nunquid Deus se declarat ac sistit per creature, quid non per magistratum innotesceret, & per ministerium Ecclesiasticum. Video hinc nasci offenditionem, quod ministerium Ecclesiae per terrenos homines geritur. Sed consideret in hoc prouidentia benignitatem, quæ captui hominum, qui crassissimus se attemparet. Nam ministerium per partes suas ex institu-

tione & mandato & promissione Christi effi-
cax est. In qua re nihil per se tribuitur creatu-
ræ, sed Deo uolenti per creature salutem mē-
tibus conferre, & collatam indicare, eius com-
monefacere, in ea fide roborare & facere cer-
tiorem. Ideo sacramenta uim & efficientiam
habent, sed quam dominus pro loco & tem-
pore, sicut ipsi uidetur, cum ijsdem exhibet, sæ-
per numero abstrusa quadam ratione, ut cum
per Sacramenta uim diuinam ita cordi expla-
nat, ut uniuersum hominis ingenium suis per-
missum uiribus animaduertere nequeat. Vi-
tue adeo incrementum à uoluntate dei occul-
te cooperantis existit.

Inde à Priscis ad nos deriuatum, ut prædi-
cationem uerbi, & actiones Ecclesiasticas à
precatio[n]e auspicaremur, quo Deus promis-
sam uim intra nos, tanquam diffisos nostris
uiribus largiter exerat. Scimus utique fidem
esse donum Dei & esse cœleste donum, sed
quod ministerio Ecclesiæ terreno conferatur.

Sed hoc nihil ad Ecclesiasticos, remissionē
peccatorum hominum institutis uenditantes.
Nam homines sunt terrestres. Iam quæ res ter-
rena per se & sine uerbo domini est, ea nullam
uim habet in dona Dei spiritualia, hoc est, in
res cœlestes. Nā quod semper dico, factio ma-
lorum Papistarum, sine uerbo Dei, per consti-
tutio-

*A precibus
initiū actionis
nis Ecclesiæ
sticæ.*

*Ministerium
ecclesiastico
rum nullam
uim habet.*

DE MISSA MATRIMONIO ET

tutiones & ceremonias salutem pollicemur.
Ideo fidem de Christo non docent, nisi historiam. Deinde claves esse datas Ecclesiae scimus, has enim pro hypothesi & fundamento erroris habent, quarum usus & administratio præcipue penes ministros est, & illis utuntur cum priuatim faciunt officium, cum terrent, cum consolantur per uerbum Domini. Quæ omnia nihil ad Ecclesiasticos. Ergo nostrum est, qui pastores ecclesiae sumus assignati, ut nunquam sine precibus partes nostras obeamus, quo nobis agentibus Christus adsit, sine quo humana omnia inanis sunt, quæ ratio etiam iuxta uerbum Dei instituit, & humanum est quod non ex illius spiritu proficiat.

DE CLAVIBVS, MINISTERIO *Ecclesiæ, & Episcoporum dominatione* *iudicium ex scripturis.*

CAP. VIII.

IActant claves aduersarij, sed edictis minacibus claves non excentur, sed cum per uerbum & Sacra menta uoluntas Dei proponitur, tum claves sunt in uero usu. Quam benevolam uoluntatem Dei clavibus proposam, qui credit, is eam securus amplectitur & possit

IVRE MAGIST: IN RELIG 29

possidet, si quis incredulus est, & non credit institutioni, ille beneficia Dei a se incredulitate et culpa sua repellit, et sic aperitur et clausum unicuique cœlum per claves, prout ab uno quocum promissio salutis aut accipitur aut rejicitur. Rursus talium clavium applicatio nullum in populo Dei regnum exercet, quod stultus facere pseudoecclesiastici, sed eadem comprobant administris fidelitatem suam per uerba salutis, & sacramenta, & gratiam Christi hominibus obnoxij curæ suæ, hoc est consortibus regni exhibent, quatenus illi eam expectant, & obsequendo & credendo uerbo admittunt, & patiuntur sibi beneficii, non est libera dominatio clavium potestas, sed est servitus, non dignitas est, sed officium, sed bonum opus & officium impositum a uocante domino, & Ecclesia quæ nostra ministrorum opera indiget. Itaque gerere claves Ecclesiæ, est ualuntatem habere non fruendi pro se solù gratia Christi, sed etiam eam alijs communicandi per sacrosanctum ministerium Ecclesiæ, prout cuique commissum est. Nam ministerio exædificatio in Christum adscribitur, quia Christus illo in Ecclesia utitur ad gratiam credentibus impertendam. Ergo claves quæ & potestas aliqua penes ipsam Ecclesiam redidet, quæ servitus penes Episcopos, nihil autem

DE MISSA. MATRIMONIO ET

tem ad ueras claves pertinens penes Episco-
pos istos titulares est. Nam in hoc datæ sunt
ut illis ædificetur ecclesia, non ut fastuosi ho-
mines illarum occasione regnum sibi parent
in animas credentium.

*Episcopi
qui sunt boni.*

Quod si Episcopi uerbum salutis & Euangeli-
um Christi fideliter assiduoq; plebi per
omnia sequaci offerrent, & non iactarent, su-
as dignitates, authoritates & potestates per
suas istas traditiones contra uerbum Dei, &
contra cursum gratiæ quām reuerenter à prijs
haberentur, quām eorum existimationem pię
mentes saluā uelint. Nam in illis Deum ipsum
& Christum obseruatum omnes coleremus.
Reuerendi patres dicerentur & uere essent,
quod audiunt, si domini sermonem, si salutis
promissionē, si dona coelestia, tanquam ad hoc
missi diuinitus nobis exhiberent. Iam uero q
satrapas & non Episcopos agunt, spiritus
Christi, qui uerus Ecclesiæ rector & modera-
tor, eos ut hostes animarum perditissimos nō
potest non execrari. Quid ita inquisit quia
uim ministerij totam euertunt sua auaritia ty-
rannide, uanitate, ex quo ministerio salus iu-
xta diuinas promissiones deberet, simplicita-
ti credentium existere.

Nec esset quamobrem priuilegijs eorum re-
pugnaremus, tanta pertinacia, si essent Epi-
scopi

IVRE MAGIST. IN RELIG. 28

scopi, quod dicuntur. Priuilegia enim data sunt, quo cœleste regnū, apud nos, curis mundi uacui, assiduo promouerent, sicut ex codice Iustiniani titulo de Episcopis & clericis, & in nouellis Const. ul. & cxxxij. facile cognoscitur.

Iam quis nescit, quod cœleste regnum ali- Neq; boni ho
quot seculis illi non promouent, sed procul- mines inter
cant potius, & euertunt illud, etiam iij qui inter Ecclesiasticos lōge optimi sunt, nā bona pars Papistas boni
à cura religionis, & sensu pietatis est alienis ministrī ecclē
simā : ut boni autem & timentes Domini sie sunt.
sint, pietateq; aliqua teneantur, nihil tamen diligenter tradunt, quām humanas, hoc est,
conscientijs pernicioſas constitutiones, quas cultus loco, & pro remedij delendi peccata
proponunt, quod est contra officium & glori
am christi. Nam ille unus est propitiatorij, &
iustitia, & satisfactio nostra, cætera remedia
cōtra terrores conscientiæ uana sunt. Quid em
pr̄ter Deum animū hominis erga ipsum con
firmauerit, bonamque præbuerit de benevo
lentia dei erga se existimationem? Nec enim
uerna aliquis de Cæsaris fauore, certiores red
diderit principes illi subiectos, etsi multis,
ageret, nisi haberet mandatum & testimoni
um, quod legatus ad hoc aduenisset.
Sed nulla dum in hac recontroversia fortas
fia,

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

sis, à uestibulo enim tyrannidem Ecclesiaſtis-
corum, autor consiliij ipſe ſatis duriter exagi-
tat, contumelioſeque contemnit, obiter admis-
ſens, quæ noſtram miniftrorum ab Euange-
lio, cauſam onerant. Quod facit, ut uidetur,
aſtute & callide, ut ſidem tibi Christiano
principi faciat, ſibi curæ ac ſtudio eſſe religio-
nem, cum diligentiā pro restaurationis eccleſijs
Christi, auertit, quam cohortantibus ad hoc
uerbi prædicatorib. T. Celsit. fuſcepit. Sic ar-
te fallit, ſimplicitatem p̄ij conſultoris profef-
ſus. Alioqui ſi non uiam ad fallendum ſterne-
re cogitaſſet, quid attinuit uti iſta intempeſti-
ua in ſuperſtitionem Pontificiam, exclama-
tione, quam reuera mutatam nolit. Quor-
um huius ſententiæ, omnibus qui ſtant à
renata doctrina confeſſæ, exaggeratio, ſi-
dem eſſe donum Dei, quod mero ac mixto
imperio Magistratus non ſit obnoxium, ne-
dum Epifcoporum & conſionatorum iniu-
riæ. hiſ uerbis enim uipcioſe aduersus mihi-
ſterium utitur. Nam eodem dicto, criminis ty-
rannidis in liberos animos, quo Pontificis Ro-
mani mihiſterium nos maniſtum fecimus,
cauſam noſtram alligat, quæ ſi luculentia iniu-
ria non eſt, non uidemus quid ſit iniuria. Nam
neque conſionatores, neque T. Celsi, plenif-
fime princeps, quantum ſcimus, in conſcien-
tia

IVRE MAGIST. IN RELIG. 29

tias contra uerbum Dei quicquam iuris sibi
uēdicat. Quia nihil aliud quām publicas abo-
minationes quē externe patent, & quām acer-
ba Ecclesiasticorum imperia in liberos ani-
mos, utriq; amoliri cogitatis. illi quidem uer-
bo prædicationis, iuxta suam uocationem, &
prout licet ministris Christi, tua autem dig-
natio potestate diuinitus accepta, ad quem
teu principem Christianum pertinet dare ope-
ram ut ecclesiæ à noxijs erroribus repurgen-
tur. Quis enim inficias ierit, omniibus malis o-
peribus, si manifesta fiant, terrori esse debere
gladium, nisi contenderit leuiora exagitanda
esse uiciola, sed grauiora facinora, ut sunt fal-
sa religio & contemptus Dei, impunita & si-
ne metu esse debere. Itaq; et nos quoq; T. Cel-
litud. ut ministri Christi ad principis partes
in religione instaurādas ex officio hortamur,
qui in hoc, ut gloria Christi per nostrum mini-
sterium eluceat, nos missos esse profitemur.
Cur non pessimis quæso facinoribus, hoc est,
crassæ Idololatriæ malorum Papistatum, &
effusis ecclesiasticorum libidinibus potestas
à Deo ordinata, quæ in te resider, uerbiq; diui-
ni præcones, quos ecclesijs alis, non aduersa-
rentur. Fortassis existimat suavis iste consul-
tor in religionis causa libertatem Christi, quę
in conscientijs ualet, cupiditatum effusarum

D impt.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
Impunitatem ac licentiam elargiri.

QVID IN VERBUM DEI MA
gistratui liceat. & de efficacia uer
bi & sacramentorum.

CAP. IX.

In instituto igitur pergamus. Quia regnum
Dei, & remissio peccatorum, per externū
uerbum & Sacra menta credenti animæ offe
runtur, & exhibentur, statuendum existima
mus, quid & quo usq; liceat in uerbum & Sa
cramenta, pio magistratui. Hic facile respon
debimus, nullā esse potestatem, quæ uel adde
re, uel detrahere uerbo aliquid poterit. quod
primo loco suppono. Nam Deuter. iiiij. & xij.
ita præcipitur. Et uerbum Domini perpetuo
idem manet, nos autem homines mutamur
in horas, & interimus. Iam quid ualuerit
mortalium ausus in immortalem uirtutem,
quid arbitaria potestas Ecclesiasticorum, iu
ius diuinum? Profecto nihil omnium, quia in
se habet oīa, et p se stabile & immortale est.
**De uirtute
uerbi & sa
cramentorū.** Et quia æternum Dei uerbum Christus Do
minus noster, per uerbum prædicationis & sa
cramenta, nostris mētibus adaptat & noster
fir, consequitur quod hæc elemēta aquæ, uer
bi ex

IVRE MAGIST. IN RELIG. 28

bi externi, panis & uini hactenus gratiæ et co*st*
testi Domino coniungantur, & perinde habe*n*
antur ac Dominus ipse, quem in illis, & cum
illis fides Apostolica complectitur & accipit,
propter præcedentem uerbi consecrationem.
Hanc uocant unionem Sacramentalē The
ologi, nam in actione & usu, tota Sacramen
torum uirtus consistit, iuxta institutionem &
uerba Christi, quæ ualent quantum sonant,
quamdiu integra seruata fuerint.

Quod si quis foederi gratiæ, qd in nos per
Christum confirmatum est, opera et meritum
nostrum pro fundamento subiecerit, ita ut sit
iustitia quæ preter fidem promissionum, legē
adimpleat, is rationi assentitur quæ iustitiam
ad leges aestimat, sed in uerbum Dei, quo fœ
dus ictū est, sibi ius temere usurpat, quod gra
tiam omnem uni Christo simpliciter acceptā
fert, non operibus, non merito nostro, & si ta
lis imaginatio rationis nonnullas scripturas
in speciem facile produixerit, quibus uideur
dari, quod à nostro opere, & non à largitate
numinis uita ac salus pendeat. Atqui gratia
Dei sumus quicquid sumus, & uerbum Domini
bona opera fructus esse docet renouati cor
dis & inhabitantis doni, et nihil minus quam
effecta nostrarum uirium, multo minus conce
dit esse ulla merita gratiæ anteuerterētia, qd ad
uersarij rpetuo crepant. Dij Col

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
COLLATIO EXISTIMATIO-
nis Ecclesiae, cū authoritae uerbi diuini.

CAP. X.

AVgustinus tribuit Ecclesie, quod ad Euangeliū amplectendū adhortetur.
Non crederē Ego uero Euangilio, inquit, non crederem, nisi Euangeliō ni si me ecclesiæ catholicæ commoueret autoritas. Non sentit penes ecclesiam esse, ut existimationem atq; autoritatem scripturæ aut adaugeat, aut imminuat. Nam quia uerbum diuinum ab humano arbitrio non pendet, Ecclesia neq; articulos fidei instituit, neq; institutos abolet. Sed qd' cōtra Manichæos satis est, sentit ecclesiā de uera doctrina docere et testari, monere & hortari. Docet em nos, quod illud ipsum, ut uulgo dicitur, sic reuera sit Euā gelium Christi, & hortatur ut illi salutem pollicenti fides habeatur. Obiecit igitur ecclesiam hæreticis, & eius autoritatem amplificat, quod eam docentem, monentem, & hortantem audierit in Euangilio agnoscendo. & heretici, cōtra ecclesiā & scripturā nouas opiniones configunt. Itaq; nō, inquit, crederē Euangilio, nisi ecclesiæ authoritas me commoueret. Quasi diceret, Ecclesia docet & testatur, ab apostolis eam doctrinā traditā esse, & esse

IVRE MAGIST. IN RELIG. 27

esse Euangeliū, nisi ab ecclesia id accepissem,
unde præterea accepissem, quam ab hac co-
lumna ueritatis ab ecclesia. Ecclesia igitur hoc
ordine docet & monet nos de Euangelio, nā
ecclesiæ ueteris autoritate initium gratiæ dif-
fusum est per orbem, & ab electis hominibus
acceptū, ut ait Esaias. Ex Sion egressa est lex
&c. Ac uero hac doctrina pietatis semel apud
Gentes per ecclesiæ nouas ueteris autoritate
constituta, porro ad alios homines qui igno-
rant eandem doctrinam credentes deduxe-
runt. Quin Christus & spiritus eius per ho-
mines, perç ecclesiæ id commendantem, su-
um Euangelium apperuit & conseruauit, &
nunc quotidie promouet et cōseruat, per hoc,
quod Euangelium ecclesiæ nomine, ut ab A-
postolis acceptum palam docetur. Neq; alia
ratio est fidei concipiendæ, nisi per uerbum
prædicationis. Quomodo enim crederent ei
doctrinæ homines, de qua nihil audiuissent
Quomodo autem audiuissent absq; prædi-
cante? Ergo uerbum prædicationis efficit au-
ditum fidei. Nam de dogmatibus & doctri-
na fidei, & non alijs ordinationibus loqui-
mur. Doctrina enim firma est & eadem per-
petuo ritus auten; humani sunt, & quavis oc-
casione etiam apostolicæ & primæ ecclesiæ
mutatur. Fatemur igitur haud iniuti ab ecclæ-

D ij sia

DE MISSA, MATRIMONIO ET.

Iia nobis constare de Euangelio, quo loco id sit habendum, nam testatur ab Apostolis primo traditum.

*Scriptura suæ
præ Ecclesiâ;* Acuero adiungimus cum eodem Augustino, ubi promissio ueritatis esse liquet, ibi cedere debet humana autorias. Et rursus. Apud uos autem inquit (loquitur de Manicheis) nihil horum est quod me inuitet ac teneat, sola personat ueritatis pollicitatio, quæ quidem, si tam manifesta monstratur, ut in dubium uenire non possit, præponenda est omnibus illis rebus, quibus in catholica tencor. Quid certius igitur quam quod authoritatem hominum in ecclesia dominantium pius homo antefere renoluerit ueritati. Item paulo post addit. Vsq; adeo me stultum putas, ut nullare ditta ratione, quoduis credam, quod non uis non credam. Item alibi. Ecclesia est domus Dei, non Deus ipse &c. Quo nos admonet, ut ecclesiæ nomine proposita cum iudicio accipiamus. Et quod ecclesia audienda quidem sit, cum docet & admonet, sed credendum tantum sit propter uerbum Dei, non propter auctoritatem ecclesiæ, quæ tantum ostendit quod sit uerbum Dei, cui ipsa credit, & cui credendum censet, & ex eo docet, non ut sibi, sed ut Deo per idem uerbum credamus.

Præterea p̄spicue nos docet, ubi sit ecclesia querenda

Vbi ecclesia

Dei-

Quærenda. Non in uerbis, inquit nostris, sed in uerbis capitis ecclesiæ Domini nostri Iesu Christi queratur. Ideoque sentit, & ecclesiam & eius authoritatem existere à uerbo Dei, quod initio sine hominum authoritate diuinus reuelatum est, atq; liquidam ueritatem uerbi, Ecclesiæ authoritati modis omnibus præferendam esse, & si cum uera Ecclesia, christiana ueritas nunquam pugnauerit, ut ea est p̄ie uicturo necessaria, quę tamen in utilibus opinionibus s̄aepē obscuratur, & sancti interdum errore specioso fascinantur. De scitu autem necessarijs loquor, quę uera ecclesia nunquam desyderat. Alioqui enim multa, ut sine periculo, ita sine animi molestia ignoramus: Nam hereditate coelesti non sciendi acumen, sed credendi simplicitas potietur, ut habent promissiones. Verum consultor hanc sententiam sibi non sumit refutandam, sed quod uerbum & fides nullam queant ferre temporariam potestatem, cui pareant id eūincere conatur. Atq; idem nos cōtendimus. Veritas enim Dei mendacio hominum non subiacet. Sed in eo penitus reluctamur, quod existimat inde confieri, ferendum esse ut contumelias Deo impune dicantur, & ut intemperanter sacrifici cum scortis uiuant, quę quidem non fidei fructus esse, sed carnis opera fœ

D iiiij diss.

DE MISSA, MATRIMONIO ET
dissima, nemo sanus ignorat. In hoc certame
est controuersiæ nostræ.

QVAE AVTHORITAS MAGI
stratus in uerbum Domini, & quod hy
pocrisii nō proprie procu
ret Magistratus.

CAP. XI.

Secundo, tametsi nemo hominum uerbū
Domini, aut nouare aut antiquare pos
terit, nam à uoluntate Dei reuelantis existit,
tamen pīj magistratus est, populum sibi com
missum de audiendo uerbo admonere, & ex
hortari, siquidē uoluntate & authoritate ua
let, ac præcipere etiam, ut reuerenter audiat,
et uetare ne quis illud rideat more epicureo
rum huius ætatis, similiter & in transgressio
nes seueriter animaduertere. Hactenus fidem
profanus Magistratus ex officio promoue
re tenetur. Nam si lege, ut Deum diligat super
omnia, obligat, quomodo eadem prohibe
tur, ne omnes officij sui partes ad gloriam Dei
promouendam impenderet. Adde quod pius
Magistratus, qd res est, id studiose fateatur,
nimirum se esse ministrum Dei ad laudem bo
norum, & ad malorum operum terrorēm, que
con-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 23

confessio quid aliud ab animo Deo mancipato extorquet, quam ut a populo facta pessima penitus arceat, & quae longe optima sunt, hortatione & imperio Reipub. introducat, si est in Magistratu, sin priuatus ut recta monenti & præcipienti pareat. Iam uerbo domini quid melius, & quid aliud gloriæ Dei facit evidentiorum? Quomodo igitur Magistratus authoritate sua illud non commendaret in publicum. Est ne hæc fidelitas in Deum dominum suum, quæ eius obliuionē, quæ neglectū, quæ contemptū intermissi uerbi permittit, aut quæ dissimulat publicam Dei contumeliam, in falso cultu maxime apparentem? Iam quia nulla honesta nominis diuini recordatio est, nullus legitimus cultus, ubi uerbum prædicatio- nis intermittitur, nam uera Dei mentio nulla est, quæ fit extra uerbum promissionis. Necq; ulla inuocatio, necq; gratiarū actio erit, si quidem deest uerbum promittentis.

Obijcitur. Vis Magistratus generat in populo hypocrisin, ac uero nec minus id facit, si honestum uulgo haberi uidet, coluisse religionem. Nam homines ad gratiam Magistratus facile assimulabunt, se credere uerbo, cui non credunt, qd est uanum mendacium. Interea suam habet utilitatē, multi enim uerbum dei audiunt, & auditum memorie mandant, ser-

D v moneq;

Quomodo
Magistratus
gignat hy-
pocrisin:

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

moneq; et factis interdū ostentāt, et si sine spi-
ritu, et interdum ad gratiam principis cōpa-
randam. Itaq; non nego, o bone, sic fieri s̄epi-
us. Acidem fit, si grauis Ecclesiastes et gra-
tiosus aliquis de Deo apposite concionatur.
Quid igitur, omittenda ne propterea dili-
gens & grauis attestatio diuinæ uoluntatis?
Nemo ita sentit, neque consiliū illius scriptor.
Nam est alia præterea utilitas prædicati uer-
bi, quia ita reprobis in iudicium, ut bonis ad
salutem prædicabitur, & simulators subin-
de punget auditio, fucumq; discauit, ut non
raro ueri ex uanis auditoribus reddantur.

Quid quod natura uerbi est propter pro-
missionem ad dominū aberrantes reuocare,
non facere hypocritas. Accidit autem quod
malicia carnis ad ostentationem eo abuta-
tur, & propter accedens uitium res in se bona
prætermittenda non est. Sic Magistratus, quia
minister Dei est, cum facta mala, pena coer-
cet, & bonos premijs & laude inuitat, per se
requirit a populo facta uere bona, uitio au-
tem hominū euenit, ut speciosa magis quam
uera bona s̄epius consequantur. In audiendo
uerbo res ita habet, Sunt homines deplorati,
qui ad iudicium audiunt, & alijs sunt eximie
boni, qui audito uerbo redduntur meliores,
sunt ruisas inter utroscq; medijs, qui neq; bonis
moni

IVRE MAGIST: IN RELIG 30

monitis repugnant, nec tamē sine monitore officium faciunt, & talium mediocrum quidem plurimi sunt, qui ad officium authoritate facile ducuntur, & interdum severitate fideliter pertrahuntur. Qui alioqui quod rectū est, sibi permisso, prorsus negligerent. Huiusmodi animis medijs & facile sequacibus consuetudo cauendi mala, authoritate industrii Magistratus ingeneratur. Quorum bona pars pleraque impia facinora, non magnopere horret. Tanta plebi iudicij debilitas est. Nam consuetudo rerum meliorum uoluntatem gignit, qua uoluntate siunt ex iniuitis uolentes. Existimas ne malum esse, quod dominus tanquam bonum in lege proposuit, nam leges Israeli multas promulgavit, ut ad Christum essent paedagogia, tametsi lex peccatum ostendit, iram operatur, occidit & damnat, oditque Dei excitat. sed quia bona est, ideo ea mortificatio quae fit per legem, non potest non esse bona & salutifera, cum eadem in misericordiam Dei deducat paues factā conscientiā, propter adjunctam legi promissionem, quae in primo praecepto continetur, Itaque lex mortificat, eaque nihilominus iusta & sancta est, et sic mihi, malo homini, quod bonum, ad mortem ualeat, quam tamen uita Christi sempiterna expectavit, siquidem illius promissioni crediderimus.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mus. Ergo hypocrisis multitudinis, quā religiosum istud consilium nimium timet, eum Magistratum, nequaquam auertat ab industria, qui ex officio pro ueritate agit. sed uero hoī iubentis Dei admonitus sibi fortiter instat, ut uerum cultum instituere, & institutum conseruare ualeat.

Quin addo, plurimum momenti ex Magistratus seueritate, qualis qualis populus fuerit, euenire. Id exemplo uno docebo. Testatur multis Augustinus, quantum profuerit Cæsarea seueritas Pelagianis & Circuncellionibus, quibus ait aditum patefactum ad ecclesię septa redeundi, quamuis animis pertinacibus. Quis dixerit unquam prodeesse scelerum impunitatem, & consultor noster seditionem tantum, & inuersam publicam utilitatem corrigendam censet, abominationes autem in religione, & humaniora flagitia esse dissimulanda. Et notum est, quantum respub. legibus pijs administratæ florent, quantum benevolentiae in eas diuina prouidentia declareret, quantum gratiæ habeant apud uicinas nationes ex cultu Dei syncero, si uitæ honestas responderit. Videtur igitur consultor ille non informare Reipub. christiane principem, sed pastorem pecorum. Nam princeps consuloris & pastoris pecudis uterq; sui gregis utilitatem

*Heretici
per Magis-
tratum con-
uersi sunt.*

IVRE MAGIST. IN RELIG. 22

tatem & ocium querit, nihil de moribus &
institutis, nihil de pietate religioneq; cogi-
tant, quia nihil, inquit, ad principem de religi-
one, & nihil de uita, utrum cum uirtute an si-
ne uirtute agatur, modo ne motus publicus
concitetur. T otidem uerbis nos respōdemus.
Necq; ad subulcū ea curare pertinet. Princeps
itaq; ab illo formatus finem regendi populi
tandem habet, quem subulcus, ut uenter exa-
tetur, & iucunda ociosaq; uita uiuatur.

Illud uerum dixit, Vis legum nō animum, *Lege manus*
sed manum tetinet, sed uerbum domini legi-
bus adiutum etiam animum in multis electis
assequitur. Et in multitudine consuetudo sua
uem reddit usum honestatis. Nam ex parendi
necessitate, ut diximus, tandem fit sequax uo-
luntas, & metu poenae uerbum domini initio
audientes, amore eius interdum inflamman-
tur. Hieremiæ prophetæ depastum uolumen,
ut mel est redditum, & amara radix honesta-
tis assuetudine dulcedinem cōcipit. Nemo ini-
uitus uere christianus est, sed initio ad audi-
endum coactus uerum obsequium tum præ-
stat, cum eum gratia per ministerium uerbi
nouarit, feceritq; alium hominem. Nam uer-
bum instrumentum est spiritus sancti, quo no-
uat animos, & creat internum hominem se-
cundum Deum. Stercoratione ager mitescit,
& pe-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

& petrosa corda foecunda redduntur, rore uet
bi diuini saepius aspersa. Quare Magistratus
spe plenus ad gloriam Dei promouendam
accedat. & officij sit bene memor quod suscep-
pit. minister enim Dei est malis operibus ter-
ror, & bonis laudi.

Illud nimium uere adiecit, fieri posse & in-
terdum fieri, ut spe aut metu adducti, uerbo
se fingant obedire, & Christianismum, falso
assimulent. Imo querimur illud esse nimium
uulgare, quia lata porta, & uia trita est, quae
ad exitium ducit. Studium enim pietatis sibi
uindicant multi sedulo, quod reuera nullum
habent. opinionem enim bonam parare cupi-
unt & speciem, qua delectantur, rem fastidi-
unt qua ædificarentur. Atque coram Deo nihil
essent meliores, si non adacti fuissent ad au-
ditionem. Et hanc præterea utilitatem habet,
quod locus tam illustris iudicio Dei non esset
in tribunali cordis illorum, si nulla præcessis-
set auditio, atque nusquam est.

Item concedimus etiam illud, quod sine ue-
ra conuersione ad dominum superfit uetus tas
in hypocritis, & obstinatio ad malum in eis
confirmetur, & usque sic manebunt, donec au-
ditio uerbi eos in grauem conscientiae agonem
abiecerit. Quo tempore solet auditum uerbū
uires exerere, quod hactenus mortuum iacue-
rit,

IVRE MAGIST. IN RELIG. 32

rit. Ne quis putet nos sentire quod omnes auditores uerbi germane christiani coram Deo habeantur, qui hominibus uidentur esse. Que quidem causa est cur dominantium in ecclesia sententiam sequi nolumus, quia illi non sequuntur uerbum Domini, sed aduersantur. Et hec causa est, cur eis religionē committere refugiamus, cum eius hostes ex professis sint. Si recte faciunt Ethnici, qui propter malos & simulatores censuram morum non intermitunt, & tales à sanctis patribus commendantur, cur non esset christiani Magistratus fides commendabilis, quæ maxime in moribus ad uerbum domini castigandis ostenditur?

Deinde notum est, si ocium & pax à persecuzione suppetit, sūcos multos aluearijs ecclesiae admisceri, tamen ob id ecclesia nunquam orat ut perpetuentur persecutions. Quin dicimus consilium istud ex hypocrisi natum esse, tametsi uralde crassa, neq; tamen ob id uellemus non esse consulendi libertatem. Nam fieri potest ut ea facultas consulendi sit penes eos, qui Rempub. christianam diligent sine ethnica imaginatione.

Ad rem, cum honorī datur esse christianū, per ambitionē eam laudē hypocritę captāt, tamen nihil homini uere pio ob malorū turbam decedit, nam si Dei & Christi cognitio quæ inse

Prælatos in
ecclesia non
sequuntur p[ro]p[ter]

DE MISSA MATRIMONIO ET

in se uera est, falso simulatur, nocet autoribus, si eadem constantia obsequij declaratur iugem parit homini uere pio securitatem & spiritus ob-signationem, se esse filium Dei. Omitto quod ex ecclesia Scythicam barbariem facitis, qui tollit pium Magistratū, et tantum relinquit oppressorem seditionum & publicorum incommodorum, quia omnis comitas & uita honesta cum religione breui exulabunt. Et si bonis non uere faciendum & ex animo, quicquid alij falso assimulant, aut ex quo suboritur interdum fictio & uanitas, quē admodum habet apodixis consilij, tunc prius uitandi erunt omnes hominum congressus, amicæ salutationes, ciuilia cōmercia, & quicquid facilitatem & gratiam aliquam præfert. Quia multi sunt, qui nihil synceri hilariitate & placiditate sua præbent, sed tali specie simplicibus potius imponunt. Et sequeretur, quia uirtutum speciem atq; pompam adhibent actionibus hypocrite, fugiēdum uideri pares eorum mendacio, & nullam formam boni uiri adumbrandam esse moribus, nullam honesti notionem, quin affectāda agrestitas, odium ciuilis uitæ, contemptus proximi, tædiū amicorum, benefactorum uituperatio, collaudatio improbitatis, alioqui figuræ malorum simulantium bonitatem accederemus.

Quām

IVRE MAGIST. IN RELIG. 33

Quam egregia bonis ac pijs principibus consilia hæc sunt.

Scimus præterea & illud fidem coactione Magistratus populo nō conferri, & à blasphemia & fœditate libidinū gladio abstractos adhuc in Deum contumeliosos & impuros manere, nisi timor Dei corda percelluerit, tamen obicibus publicorum scelerum remotis, est aditus apertus, curriculumq; paratum ad pietatem. Discere enim possunt, qui prident audire non poterant. Metu enim poenæ malus animus uicia cauet, manumq; retinet à lædendo Deo & proximo inficiendo. Sic qui per uim imperij tui adiunguntur, uerbum principio inuiti audiunt, non inficior. Interea tamen quia duodecim horæ diei sunt, & ex inuisitatis interdum uolentes fieri solent, nunc cupiunt aliqui int illos operam docentibus ut Christum ueritatem Dei cognoscant, qui pri dem riserant omnē facultatem apostolici ministerij.

Habent enim & illi suos Apostolos & inspectores, à quibus uoluntatem Domini audiunt. Casparum Glaserum, hominem non modo doctum & grauem, sed etiam in agoni bus conscientiæ minime imperitum. Habentem Joannem Schuebelium, cui usus gubernandi ecclesiæ, ut alijs multis, sed præ multis fecit.

Caspar Glaser
rus.

Ioannes

Schuebelius:

E liciter

DE MISSA, MATRIMONIO ET

líciter, cum fidei rudimentis accessit, quia ab initio renouatæ doctrinæ Christi mox Ecclesijs moderandis præfectus est, & in eo officio usq; in hunc diem perduravit. ut iam sit non christianæ philosophiæ doctissimus solum, sed etiam certissime expertus, quid in animis hominum ueretur, & qua ratione paretur, & in populo conseruetur religio. Fac igitur esse, qui à tantis uiris edocti & admoniti se Christo tandem cōseclarant, quos T Cel. primum coegerit ut audirent, quod haud dubie non paucis euenit, cum uerbum Domini, quo nituntur in officio faciendo frustra esse nequeat, an non sic in ditione tua multi erunt, q; primū aures præbuerint animis repugnātibus, sed postea recte cōsulentibus officiōse & uolētes paruerint, an non authoritate principali illis tā ad fidem quam ad salutem profuerint, an non & fratrum nostrorum ministerium ijsdem fuerit utile? Non est inquiunt, proprium Magistratus facere christianū, id uere aiunt, sed eius est uetare, ne contra Christum publice uiuantur, ne Deo & uerbo eius conuicta palam dicantur. & eius est præcipere, ut rationes admittantur, quibus Deus ad faciendum christianum uititur, id est, ut desinant abuti institutio Christi ad blasphemiam, & ut audiant uerbum domini reuenerenter.

Nam

IVRE MAGIST. IN RELIG. 34

Nam Deus ad hominem innouandum his
duobus instrumentis Magistratu & ministe-
rio utitur, utroq; pro suo modulo. Minister
enim Ecclesiæ per uerbum & sacramenta con-
scientias recta petit. Magistratus manū & o-
pera hominum dirigit, & externam faciem
ornat, quam tamen non uult inanem referre
speciem, sed rem pietatis tenere, mentemq; op-
tat intus esse ualde speciosam, pulcherrimāq;
in oculis domini. Spiritus itaq; Christi grati-
am & remissionem peccatorum nostro mini-
sterio exhibit, potestate autem ciuili & ui gla-
dij submouet obstacula, ad oblata accipien-
da animum excitat, à contumelia Dei abar-
cet, impuram uitam prohibet, uerbi Dei audi-
endi necessitatem eadem gladij necessitate im-
perat. Si omnia moliuntur pijs ad ædificationē
proximi in Deum, cur id facere nefarium fue-
rit pio Magistratu, cur cessaret ex officio fa-
cere, ea quæ ad ueram salutem faciunt? Nam
Consultor existimat horibile esse scelus, ad-
hibere ad religionem exornandam uim gla-
dij. Et à cura pietatis Magistratū tanto super-
cilio deterret.

MAGISTRATVM RELIGIONEM
*imperio promouere, exemplo Moysi, Davi-
dis, &c aliorum probatur.*

E ij Cap,

DE MISSA, MATRIMONIO ET
CAP. XII.

QVOD Magistratui congruat studium, religionem, inter suos amplificandi, exemplis planum faciam. Nam in ministerio Mosaico moris fuit, ut lex populo quotannis ter prælegeretur, in templo Hierosolymis, ex loco ædito templi, & rex præsens erat, ut ea factis exprimenda populo regia authoritate commendaretur. Hac autem ceremonia lectio legis facta est. Rex in solio sedet, cui sacerdos seu minister astitit. ut & eminentia regia intelligerent sacerdoti se inferiori præesse, atque aduigilare debere, ut suum munus in sacris ille rite obeat, & in publicis priuatisque negotijs populus pareat. Hoc ritu solenni populus ad capescendum uerbum domini plurimum inuitabatur, q[uod] ad imitanda principum studia ualde sequax est, præsertim quæ perspicua sunt, & diuina authoritate constanter ostenduntur. In specula enim reges sedent, ut inspectores Reipub. & eos uicissim populus acute spectulatur, animo et uoluntate eorum facta emulandi. Hoc liquet ex historijs. Ezechias populum ad pascha celebrandum pertrahit, qui a sacrificiis faciendis auersus erat propter superiorem regum impietatem. Et Iosias quanta præstitit in reuocanda lege, et quod prompte utriusque populi

Lex præle-
ta ter quot-
annis.

Populus prin-
cipes suos
imitatur.

populus pridem à sacris ueris abhorrens obse-
quitur. Dauid & Salomon horum aui, quid
non sua ætate obtinuerunt, quorum tempo-
rum felicitatem historię nequeunt satis com-
mendare, tametsi in populo diuersitas magna
esset. Nec enim omnes ex animo paruerunt,
tamen aliqui principum suorum exemplo
ex animo p̄ij reddebantur: aliqui autem per-
manebant ut erant, mali & imp̄ij, sed nihil o-
ficius metu territi sunt, ne suo exemplo alijs
nocerent, ita ut posthac sibi tantum mali es-
sent, quæ utilitas à principum officio haud a-
spernanda prouenit.

Rursus calamitosa tempora sub Achab, &
nulla sanitas à capite usq; ad pedes. quia reli-
gionis curam abiecerat, & peiora sub Ma-
nasse, cuius culpa per ætates multas super-
stes ad internacionem populū adduxit. Quā
tū nocuit Ierobeam filius Nebot, qui uitulos
in Dan & Bethel primus erexit gratia confir-
mandi regni sui: quantum omnes reges Isra-
el, & quantum reges Iuda, qui illorum imita-
ti sunt impietatem? Cessantibus enim malis
istis principibus, aut etiam ipsis in impietate
præeuntibus, populi religio moresq; uitiati
sunt. Nam suis regibus in impia superstitione
pares fuerunt, quod ex eo liquet. Quia popu-
lus quaq; ætate ad reges æstimatur,

E iii Et

DE MISSAM ATRIMONIO ET

Et ut ad ritum prælegendæ legis redeam,
asseuerant ex cap. xvij. Deuteron. sumptū, ut
præsente rege lex populo prælegeretur, & in
de causam Hierobeam præbitam existimant
ponendi uitulos adorandos, quo populum di
stineret à legitimo rege domus Iuda. Edictis
enim cauerat, ne quis Hierosolymam causa
audiendæ legis adiret, quo minus caperetur
amore legitimi regis, cuius autoritate legem
sibi cōmendari uideret. & ut obsequentes uer
bo Domini ab adeundo templo, ui atq; impe
rio retineret, speculas in monte Mizpa collo
cauit, è quibus satellites ab ipso ordinati ex
curreunt, populum sub festiuis diebus tem
plum Domini adeuntem exceperunt, & sae
penumero interfecerunt, quemadmodum pro
pheta Hoseas queritur. Veritus est enim ty
rannus, ne ad regem legitimū populus refe
ceret, si ab eo uerbum salutis solenni cerimo
nia acciperet. Nam ad conciliandum & reti
nendum populum plurimum momenti ha
bet studium religionis in principe, & persua
sio, sibi illius imperium salutis esse, Nihil em in
principe populi pī magis est populare, quam
opinio religionis.

Tandem speculis his demolitis Hosea rex
Israel populo potestatem dedit adeundi Hie
rusalem causa audiendæ legis, ac sistendi se
Domine

IVRE MAGIST. IN RELIG. 38

Domino. Quod facinus eius pium quidem
fuit, sed nō dum satis pro officio. Debuit enim
præcipere ut præscripto legis satisfacerent,
& ad festos dies in templo coram Domino
apparerent, nisi quos longinquitas itineris &
traditio prophetica exemerat. Ex qua officij
intermissione abunde causæ fuit, ut miserum
in modum, cum regno suo penitus extingue-
retur.

Et quia populus dei re ipsa unus est, & ijs-
dem rationibus ad pietatem promouetur, &
Deus à quo regitur, semper idem est, necesse
est, ut inter Christianos, pius qui Magistra-
tū gerit populo suo commendet uerbum Do-
mini, peræque ac olim domus Dauid, alioqui
par fuerit regibus Israel, qui uerum cultum
impediuerunt, aut certe Hoseæ filio Ellæ,
qui cum liberum fecisset seruendi Deo iuxta
Iegem, neglexit tamen populum ad officium
diligentius impellere, quæ officij intermissio-
ni capitalis fuit.

Non est igitur satis, ut in ditione tua liceat
esse pios sed uis est duris affectibus facienda,
ut leuiorem spiritus doctrinā metu pauefacti
facilius admittant. Impiorum est simulare
religionem quam non animo colant, & serio
religiosus non est, qui non studet omnes ad
idem pietatis propositum pro uirili deducere.

E iiiij Cessa-

Cur ueterū
exempla ad
nos pertine-
ant.

DE MISSA MATRIMONIO ET

Cessatore itaque pium quis dixerit, aut quis spiritum principalem cum ignavia supina cōiunctum esse crediderit?

Ac uero iste noster audet consiliū dare, ut principes tanquam blasphemiae scopulum caueant, ne ad pietatē sustentandam reipub. gubernacula impellant: quia, inquit, à deo, nō ab hominibus ea pendet scilicet; quod sane est ex principibus christianis facere Turcicos tyrannos. Princeps enim parum Christianus est, qui suorum negligit pietatem; tyrannus est qui suis ueram religionē inuidet; Turca est qui christi obliuionē non auertit et instrumēta antichristi è medio nō tollit, cum occasio est, sed tueri pergit, ad interitū uersa. Tuetur autem qui Missas contra Christi gratiam usitatas defendit post tantam lucem uerbi. Non collere autem quod nocet, & tutos securosc̄p̄ esse uelle autores damni, id est plane damnum dare. Ut in præsenti casu, defensio missæ est obliuionem Christi, quam Ecclesia præcipuæ Missis debent, procurare. Atq̄ hoc est sceleratus facinus nostrorum, quod Turca aperte hostis grassatur, & foris imminet, illi simulatione religionis Christi religionem ueteratorie opprimunt domestici inimici, quod factum est omnino ad regum Israelis imitationem, qui populum ab obsequendo legi potestate retinuerunt.

Quod

*Ex missis ob
liuio Christi,*

IVRE MAGIST. IN RELIG. 37

Quod Magistratus præ alijs intersit religionem tueri, ex hoc præterea fit perspicuum, quod regem Iudæ præter librum legis quem priuatus scriperat, alterum in regnum sufficiens scribere oportuit, ab eo autem scriptum censebant, si uel ultimam eius literam sua manu affinxisset. Sic erat constitutum, ut in eo legens quotidie admoneretur muneris regij pro lege, & ad præscriptum legis gerendi. Alioquin rex libro priuato scripto usus fuisset, cum eadem in utroq; scribantur. Quotidianam eius lectionem lex imperat, & adiungit causam hanc, ut discat dominum Deum suum timere, & seruare uerba legis. Hæc pertinent ad omnes. Peculiaris igitur & nouus codex ut regi scriptus, monumentum erat, legem ut regi, non tantum ut uni è multis præstandam esse. Legem igitur Dei, quæ diuinum cultum continet, non solum ut priuatus, sed ut rex custodiat, & regnum pro lege & pro cultu Dei uero promouendo administraret.

Rex alterum
legis librum
scribebat.

QVOD MAGISTRATUS SIT, VT
transgressores uerbi, quatenus sub gladium res
præcepta cadit, puniant. & quæ genera sup-
pliciorum in populo Dei, & quatenus, p.
religione conseruanda potissimum usitata sint.

E v Cap.

DE MISSA, MATRIMONIO ET
CAP. XIII.

QUare non argumentis confirmatum solum, sed etiam rebus ipsis abunde persuasum putamus, prijs principis partes primas esse, ueram populi religionem, & mores illi pares iubere, secundas & tertias eodem spectare, sed admittere tamen ceu in postremis reliqua reipub. commoda, quae in populo Dei infeliciter procurantur, si religio iacet. Profani autem, primum esse confyderare publicam tranquillitatem & commoda ciuium, alterum politicos mores, postremo religionem qualitercumq; modo politiam ornet. Itaq; Apostolus pium Magistratum in hunc modum format, cum ait, potestatem ministrum Dei esse in bonū tibi si quod bonum, feceris. Sin malū feceris time. Iam quia christianum hominem qui sub Magistratu alloquitur, cui nihil peius evenire potest, quā priuari fide, sine qua Christianus non esset, & Magistratus ei minister Dei adest in bonum. sequitur ad conseruandam & agendam fidem, qui praeest, potestate fungi debere. Sin malus, certum est, ad Apostolicum præscriptum eam non administrauerit.

Sequitur ad Magistratum pertinere, ut ignorantia uerbum Domini notabili palam afficientes,

IVRE MAGIST. IN RELIG. 38

cientes, corrigat, aut si id negatum obstinate
malum ē medio tollat, ne contagione alij infi-
ciantur.

Ex quo factū, ut lex haberet genera suppli-
ciorū quatuor, in transgressores legis dei, qua
pietate docet per legem constituta. quæ sunt,
סְקוּלָה וּשְׁרִיפָה וּחַרְגָּה וּבֵיסָת וּחַזֶּקָה
lapidatio, cōbustio, interfectio per gladiū, &
strangulatio. Quibus adiectum erat per legē
quintum, suspensio in lignum, quod cum illis
quatuor non annumerabatur, cum esset magis
plexi infamatio, quam proprie supplicium.
Nam lapidibus interfectum ligno suspende-
runt infamiæ causa.

Cuius suspensionis ratio hęc erat. Primum
reus ad liquida testimonia per magnum iudi-
cum confessum condemnatus lapidabatur, &
uer gente iam die, proxime occasum solis tra-
bem exerent partim in terram demissam, ut
se sustineret, cui lapidati cadauer utrinq; ma-
nibus truncum ambientibus sublime alliga-
runt, & modico intervallo facto, antequam
sol plene occidisset, iterum deposuerunt, & u-
na cum trabe qua pependerat, in sepulchrum
non maiorum suorum, sed quod concilio iudi-
cum lapidatis & ustione interfectis assignatū
erat, intulerunt. Hoc genus supplicij maxime
infame habebatur, propter hanc legis maledi-
ctio-

*Suspensio in
lignum infamis.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ctionem: Maledictus qui peperit à ligno.
Quæ Iudeis causa fuit , cur non quasi per
tumultum, Dominum nostrum Iesum Chri-
stum lapidarint, sed cum magna molestia sen-
tentiam crucis in eum à Pilato extorserint,
quo memoria eius crucifixi, id est, à ligno pen-
dantis, aut penitus aboleretur, aut infamis exo-
saq; hominibus efficeretur.

Hæc suppliciorum genera confessus iudicū
septuaginta unius, qui summus Magistratus
erat, exercuit Ecclesiæ nomine. Nam in tem-
plo conueniebant, qua parte Israelitarum coe-
tus coibant, & sub tempus sacrificiorum, ne
quis mortalium alienum ab ecclesia unquam
existimaret, legis transgressores poena coerce-
ti. Nam ut minister , sic Magistratus pars est
Ecclesiæ pro sua facultate, suocq; modo , & si
nō sit minister spiritus, hoc est, per quem spiri-
tum propriæ dominus suppeditet, uersatur em̄
circa corpus credentis hominis.

Adhuc liquidius fit, Magistratum uitia in
religionem admissa corrigerere debere, consy-
deranti poenam nō capitale dictam בְּלֹא פִּנְחָת
quæ per eosdem iudices decernebatur . erant
autem plagæ quadraginta, una minus, quæ
plærunt propter ceremoniam neglectam in-
fligebantur. Primum enim eos totidem uerbe-
ribus castigarunt, qui præceptū aliquod erant
trans-

Quadrage-
næ una mi-
nus.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 39

transgressi, cui uiolato בְּרִיתוֹת id est, ex terminum de populo Dei adhærebat, neq; constitutum supplicium habebant per iudices inferendum. Proinde quia obnoxius tali aliquo peccato exterminatus erat de populo Dei, sequitur ad religionem ea pertinuisse. Plagis autem illis credebatur expiari poena, quæ propterea cœlitus erat infligenda, quorum uirginis unum ex uarijs locis Talmud posteriores ueterum conscripserunt: aliqua exempli causa subijciam: Ut si quis rem cum sorore uxoris, aut cum fratri coniuge habuisset. Si quis in Paschate fermentum comedisset, si quis immun-dus sine lustratione templum intrasset.

Præterea alia peccata multa tali poena emendarunt, quibus neque exterminium de populo Dei, neque supplicium capitale lex sancierat, quorum enumerantur centum sexaginta octo, & bona pars eorum ad religionem & ceremonias proprias pertinebat: Verbi gratia, Ut si quis ante primitias oblatas nubes fructus gustasset: Si Nazareus ante exactum uoti tempus tolleretur: Si quis carnem lacte coxisset. &c. Tantam diligētiā Magistrati pro cōseruanda religione Dominus imperauit. Nam quæ diximus ex scripturis de sumpta sunt.

Adde quod leuiora peccata in religionem ter-

DE MISSA MATRIMONIO ET

Pœna in con- tertio repetita, si toties admonitus non res-
temptorē ad puiisset, capitalia siebāt, & nouo suppicio uia
monitionis. dicabantur. Quod genus supplicij studio tu-
endæ in populo legis & religionis institue-
runt iudices, aut certe clam in Ecclesiam ir-
repfit, nam utrum sit, nondum compertum
habeo. Nouum illud supplicium sic habebat.
Siquidem credendum ueteribus prioribus He-
breorum, quemadmodum scribitur בְּבִבְּרִית
בְּרַק הַבָּא Homo nocens includebatur
בְּכִיבְּתָה, hoc est, in locum ad corporis modum
coaptatum, tam angustum, ut nec sedere nec
iacere posset, & ibi dies aliquot pane & aqua
tenuiter alebatur, ut uiscera eius languida cō-
stringerentur: deinde famelicum crudo hor-
deo infarciebant largius, donec intestinis ten-
sione nimia ruptis animam efflaret. Nam hor-
deum, ut sit, humore & calore uentriculi mace-
ratum intumescebat:

Eadem poena in eos animaduersum esse
aiunt, qui tertio admoniti resipiscientiam nul-
lis certis notis testati fuissent, hoc est, qui mo-
nitorem temere abieciissent. Quibus exem-
plis si recte considerantur, si institutionem
Dei intuemur alligantis ordinarie gratiam su-
am ecclesiæ & ministerijs puto constare, qđ
in rep.riorum Magistratus officium sit, ut in
pietatem fouendam præcipuas curas con-
ferat,

IVRE MAGIST. IN RELIG. 40

ferat, prouideatq; ne religio publice detrimeti-
tum accipiat, abolendo falsum cultum, & in
probrosam uitam animaduertendo.

Ad hæc facit, quod in Ecclesia morem ha-
buerunt, ut publica iudicia eadem poena pro-
nunciarent afficiendum eum, qui de sola suspi-
tione aut sceleris, aut flagitijs capitalis cauen-
da tertio admonitus, nullis evidentibus ar-
gumentis animi resipiscientiam testaretur,
לֹא קָבַל עָלֵינוּ רְחִיבָה Refert n. religionis,
ut supplicijs offendentes tollantur.

Rex quoq; gladium quē ex supplicijs dictis
solum habuit, & alias quasdam nouas & ar-
bitrarias puniendi rationes, quas גּוּרוֹת הַמְלָךְ nominatunt, usurpauit pro populo,
Deo conseruando, qui quidem sine uero cultu
populus Dei non fuisset. cultum igitur uerum
principue defendit.

Præterea lex iussit, ut ciuitas, quæ a domi-
no Deo populum auerteret, bello emendare-
tur, cuius mouendi potestas penes regem erat.
Quæ igitur impudentia, dicere regum & prin-
cipium non interesse, utrum pie an impie ho-
mines uiuant, cum eam curam scriptura sem-
per esse regi præcipuam uoluerit.

DE IUDICIO POPVLARI ET EI-
usratione, & vulgaribus lapidationibus.

Cap:

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
CAP. XIII.

JDem apparet mea opinione ex illo singulare genere iudicij, quod גָּזְרַתָּה קָנָאֵן iudicium & sententia studiosorum vindicandæ gloriae Dei uocabatur, quod nos docendis causa dicemus, Iudicium zeli. Nam cum Iudeorum politia partim esset popularis, genus alii quod supplicij, sine autoritate iudicium irrogare, plebi concedebatur. Nam lex erat, ut quisq; sine iudicium sententia hominem interficeret, quem in aliquo horum facinorum, que mox recensebo, בְּבוּשָׁה n̄ ob aurophœnia, in ipso facinore deprehendisset, si eum נִגְנַבָּה, hoc est, ardor iustitiae impulisset ad cædem illico faciendam. Primus senatus eam cædem ad se non pertinere iudicabat, neq; actio de ea ulli mortalium dabatur, sed uolebant, ut pro republica, & pro Ecclesia facta esse uidetur, cum in ea animaduertisset, quæ Deus esse non impunita uoluerit. Studiū eius peccati ulciscendi, מִצְוָה שֶׁל קָנָאֵן appellariūt. Gregoris forte diceretur, νέμοις τρόπος, studium vindicandi iniuriam Dei: Nos uulgo zelum Dei uocamus, & ita nobis dicitur. Talis ardor vindictæ siquidē apparebat firma defensio authoris erat, quo minus cedes haberetur, ceu per uim & iniuriam facta, cum gloriæ diuinæ defendendæ

IVRE MAGIST. IN RELIG. 41

de causa, & non priuata, cupiditate exarsisse
constabat. De qua re habetur in Misne titulo
הַגּוֹן הַסְתָּה הַצְלָל בְּקַסְבֵּה הַבּוּל
Quem locum Mo^רiamioha קְנָאִין פְּגַעַיּוּ בָּרוּ
ses filius Meymoni libro xiiij. sic interpreta-
tur, quem sequor, tametsi à Gemora eius loci
uariat: nam ita uidetur, utile dicit, moribus
obseruatum fuisse. Suppilans inquit uasa sa-
tra templi, & maledicens Deo, & rem ha-
bens cum Arabica uel Syriaca muliere, Iudi-
ces horum quatuor sceleratorum rationem nō
habebant, sed unusquilibet zelo dei percitus,
unumquicq; talem impune interficiebat: &
satis erat authori cedis potuisse dicere, Mihi
doluit contumelia Dei, quam ultus sum.

Quibus uerbis habes, quæ peccata tali fra-
cundia ardore plecti licuit, nempe illa quatuor
genera, quæ Meimonius ex Misne enumera-
ravit. Maledictio in deum saepius est castigata
per eos, qui ardore iustitiae inflammati uideba-
tur. Commētator Misne ad iustos homines li-
mitat ardentes studio gloriæ diuinæ. Atqui
nemo non uideri uult iustus esse, & facile præ-
se alium quisq; condemnat, maxime infamem
scelere aut flagitio aliquo, ut existimationem
iustitiae illustriorem illo castigato adipisca-
tur; Ea nobis ambitio itisita est. Idcirco ut
F iustis

DE MISSA, MATRIMONIO ET

iustis tantum ius tale datū fuerit, uulgus tamē concessum usurpauit, quod ferē iusti & ultores contumeliae Dei uideri plāericō omnes uolunt. Verum non licebat iniūcere manus, ut iam dicebam, nīsi cum ille diuinæ iræ uindex facinori interuenisset, & cū nullo spacio sumpto, neq; consilio cum alijs communicato de repente in facinorosum illum irruisset. Aiunt autem traditionem Mōsi de monte Synai esse, ne in eiusmodi cādis authorem iudicium daretur. Iurisdicō igitur popularis in hunc modum habuit: & ea tota erat de rebus ad religionem pertinentibus.

Non dissimilis potestas erat iuuentuti sacerdotij, ut eum sacerdotem, quem immundū sine lustratione fecisse sacra cōstitisset פָּרָנָה בְּחַנָּה iuniores annis inter sacerdotes extra atrium templi raperēt, & ei cerebrum dispergerent בְּגִזְעֵן per gezerin, quę alijs ligna fissa significat, quorum unum quilibet sacerdotum ad rogum instructum imponebat, alijs autem instrumentum ferreum est. In priore opinione est. R. Nathan. Nulla intercessit accusatio apud Iudices aduersus talēimmundum sacerdotem, sed ē templo electus post sacram immundum mox trucidabatur, dissecto ligno quod in promptu erat, aut ut alijs, ferreō instrumento. Verba legis hæc sunt. בְּחַנָּה שְׁמִישׁ

42 IN RELIG.

שְׁמֹשׁ בְּטוּמָה אֲזַנְתָּר חַבְנוּסָם
מִבֵּין אַיִתָּר לְבֵית רַיִן אֶלָּא פָרָה כַּתָּ
פָּחוֹת מִזְרָיאָן אַזְנָתָה חַרְץ לְשִׁירָה וּמִ
רְמִבְצָעֵין אֲזַנָּה מִזְחָה בְּגִוָּין Ad tuendā
cerimoniarū synceritatē sacerdotes dictū ge-
nō supplicij de immūndis sacrificijs sumperierūnt
quāto magis christiano magistratui potestas
et facultas, imo necessitas est plectendi, ea que
aduersus religionem insignite cōmittuntur.
Hactenus excussumus utinam.

Hactenus excussum uniuersam in populo Dei ueteri iurisdictionem, & uidimus iudicia & supplicia & poenas plerasque propter religionem & honestam uitam conseruandam institutas esse: & sic fieri in populo suo tum uoluisse Deum, & a populo talia iudicia ceterum necessariam exegisse. Non potest igitur eadem diligentia pro gloria nominis sui nunc displicere, & in culpam imputari, quod olim tam severe praecepit. Adde quod leges illae iudiciorum in passionibus foederis Dei erant, nam sunt in libris Mosi comprehensa, quod quidem foedus in nos comprobatum est per Christum dominum. Eadem igitur causa nobis est amplificanda gloriae Dei, in conseruando illius cultu & pura uita, quae prisca quondam nimirum gratia foederis, propter quam, ut grati simus Domino, nihil omittendum, quo

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

cultus eius ueris rationibus promoueatur, &
quo populus ad sanctificandum nomen eius
apposite uiuat.

Magnum concilium Iudicum quatuor illis
suppliciorū generibus nihil æque defendit, ac
religionem et mores pietati congruentes. Rex
gladio & bello ad eundem finem usus est.
Populi studium pro tuenda iustitia, atq; sacer
dotum uehemens iracundia in immundum
mystagogum, priuatis supplicijs eodem spe
ctarunt. Quare non argumentis solum, sed eti
am re ipsa docuisse uidemur, quod eminentis
potestatis sit, in populo Dei primum religio
ni & probis moribus prouidere, deinde ad re
liqua reipub: commoda respicere, cum de cœ
teris hominum utilitatibus pauca, sed de uero
cultu, & uita pie agēda in iurisdictione omni
um ordinum apud populum Dei tam multa
legantur: quæ quidem tum procurata sunt in
maximam populi ac reipub. salutem, quibus
nihil melius euenire potuit, quam certitudo
de diuina beneuolentia, quæ talibus supplicijs
peccata in religionem & in uitæ honestatem
corrigentibus adesse declarabatur, propter
adiunctum uerbum promissionis,

Pub!

IVRE MAGIST: IN RELIG 43
PVBLICA UTILITAS PROCVRA
*tur, cum peccata in religionem & mores ple
ctuntur, & quando iurisdictio a
Iudeis adempta sit.*

CAP. XV.

Nam cum pro lege & cultu Dei Magistratus rem gessit, populus floruit, & externarum nationum opinio magna de eo & per quam honesta fuit, quemadmodum in benedictionibus, & Deuteron. cap. iiiij. promisum, & sub Mose, Iosua, Iudicibus, Samuele & pijs regibus præstatum est. Ab alienis exemplis hic abstinebimus, neque in argumentum assumemus, quod falsæ quoque religioni uerus Deus sua præmia solitus reponere uideatur. Ex quo liquidum facile faceremus, in natura esse positam persuasionem, quod Magistratus pro religione gerendus, & quod id sit gratum Deo, & felix et faustum Reipub. sed eiusmodi quia extrema sunt, non adducemus, nam satis putamus, si id ex nostris historijs ostendemus, que id perpetuo docent: quibus in testimonium succedit quotidiana experientia. Quis enim sua aliorumqueuenta temeraria non sentiret? Quis a scriptura mentem auertens, harum rerum incertitudinem non magnopere deplo-

F ij rat

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

rat: Quoties uidimus nostra memoria splen-
didas opes, immodicas uoluptates, glorias
multum eminentes, & in altum nimium sub-
latas, leui momento ad imam deprimi paupe-
riem, ad cruciabilem dolorem, ad foedam ig-
nominiam, ubi in sermone hominum erat,
eam rerum commutationem factam esse pro-
pter neglecta Dei præcepta. Sic ad paralyti-
cum Christus, Vade & noli amplius pecca-
re, ne quid tibi deterius contingat.

In natura autem diximus esse: Religionem
defensam publice prodesse. Nā gentes, quia
deos suos æternos fixerunt, nihil firmum
fore duce natura statuerunt, quod non esset
alicuius numinis præsidio inchoatum. Quam
ob rem suos Deos quælibet natio coluit, inter
quos cum priuata, tum publica distribuerunt,
ut alij bellicis rebus, alij pace & ocio gerendis
præcessent, & nihil non à suo numine peculi-
ariter petebatur. Ut Iuno nubentibus, Lucina
parientibus fauebat, Vulcanus fabris, Mer-
curius mercatoribus, militiæ Mars: domi dea
fortuna, fides, Ceres & id genus ualebant.
Constituta sunt ad hoc fana propè infinita,
pro ut de urbe Roma Blondus diligentissime
scrispsit.

Quod si quis adhuc dubitat, num Rei-
publicæ sit utilis, uel potius necessaria iuris-
dictio,

dictio, administrata pro religione, &c pui-
tæ honestate, is uelim causam anima duertat,
quamobrem Romani cum delere rempub.
Iudaorū i statuissent, præter dignitatem regi
am, ademerint quoq; potestatem de religione
uiolata et uitij s in uita iudicandis. Nam ostendimus
omnia eorum iudicia læsæ religionis
iniuriam, & uitæ turpitudinem maxime ulta
fuisse. Ea uero exercendi facultatem illis ab-
stulerunt, ut & species Reipub. tota ablata
esset, & spes eam aliquādo recuperandi auer-
sa. Hinc pro rege, legibus diuinis religionem
tuente, hominem ethnicum præsidem dede-
runt, qui iuxta leges Romanas, & controuer-
sias populi disceptaret, & in fontes animad-
uerteret, cum superiores reges & principes om-
nes, quales quales homines, & undecunque
dati fuerant, umbrā tamen diuinæ legis securi-
erent hactenus. Cyrenius, Festus, Pilatus, &
alij ex formula legum Romanarum, non ex
scripto Moysi ius dicebant, quod legi & mori
& institutis Iudaicis recta aduersabatur.
Ademerunt præterea omnes ordines Iudi-
cum, quorum officium erat, omni cura prouidere,
ut religio sancte coleretur, & uiuendi
rationes pietati congruentes tenerentur. Hoc
factum esse testatur apud præsidem Pilatum.
Nobis inquiunt, non licet interficere quen-

F iiiij quam

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

quam. Et dominum Iesum illi obid sistebant accusandum & condemnandum, quanquam inter se morte dignum pronunciaſtent. Neque de ullo homine pœnam capitalem sumpserunt pharisei, qui Christo domino adhæserunt quamvis id facere cupiebant. Quod est euidens argumentum, Iudeos à Christo baptizato caruisse iurisdictione.

Quando sit
ablati iuris-
dicio à Iude-
is.

Cuius cōiecturam ueteres non dubiam supeditant. Nā in ſectione Nigmar ינשׁן scribunt, φ quadragesimo anno ante posterioris templi desolationem, & iudicia & iudicariæ censuræ ademptæ ſint. Præcīsum tempus nō notant, quia in temporum descriptionibus uarietas apud nos atq; incertitudo prope eſt. Non minant autem iudicia, quæ erant capitalia: censuras autem, quæ pecuniam & aliā minore pœnā requirebant רְנוּ וַיִּפְשֹׁת וַיָּסֹבֶת Ita ut nō ſolum uitæ & necis potestatem in ſuos non haberent, ſed etiam carerent uitæ in melius corrigendæ, & inferiorū ceremoniarum retinendarum facultate. Hoc erat legem & Regem et cultum diuinum inuertere, quod Hoseas prædixerat hoc eſt facere prorsus populum alium ab illo ſuperiore, qui legibus Dei & uero cultui tenebatur obnoxius.

Cug

IVRIS MAGIST. IN RELIG. 48

IVRIS LAPIDARINT HOMINES IV.

dæi, cum potestas tamen iudicandi ab eis
ablata esset.

CAP. XVI.

VNum iudicium, quod supra iudici-
um zeli nominavi, hebraice dictum
relictum est, in gratiam, ut
uidet populi, quod erat sine autoritate Ma-
gistratus, quia sine cognitione iudicaria,
quam victores Domini uniuersam penesse
esse inaccisam uoluerunt. Nec enim forma
ulla legitimorum iudiciorum Iudeis super-
fuit.

Ex quo factum uidetur, quod ea nocte,
qua Dominum Iesum cœperūt, nō in templo
qui locus erat legitimī tri-
bunalis conuenerant, sed clancularios atq;
extraordinarios conuentus egerint, priorem
in domo Annæ sacerdi, posteriorem in domo
Caiphæ summi sacerdotis: quia ē subsellijs iu-
dicum consuetis electi erant. Quanquam ue-
teres memorie prodiderint, dissipato atq; abo-
lito Hierosolymis concilio iudicium septua-
ginta unius confessum in Tyberiade urbē
gionis decapoleos instituerint, quod ut fuerit,
valde infirmum atq; obscurum fuerit necesse

F V est

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

est, cum populus quatuor exercituum imperiis in obsequio Romanarum legum retinebatur. Et forte ad Tyberiadis tribunal superputationem faciunt, cū dicunt anno quadragesimo ante uastatum templum iurisdictionē primum ademptam esse, ut intelligas post resurrectionem Christi, anno secundo etiam Tyberiade electos fuisse iudices, qui antea ē templo Hierosolymis electi fuerant. Constat enim quod antea ea iudicandi facultate caruerint, nimis per totum tempus prædicatiois Christi, alioqui sexcenties, ut blasphemū, occidissent, si penes ipsos potestas uitæ & necis refedisset.

Iam, si satis est Magistratui pio, cauere & prospicere, ne seditio exoriatur, & ne ciues se lèdant mutuo, priuatis iniurijs, quod cōsulto ri abunde uidetur, nihil habuerunt, qd' quere rentur Iudei illis temporibus. Nā populi quietem & utilitatem ociumq; priuatorum, quam tempora ferebant. Romanus præses procurabat. Neq; facile distinxerit pium Magistratum à subulco, cum uterq; ut cuti & uentribene sit, suo populo caueat & prouideat.

A missa iuris Quid hanc tyrañnidem sublati iudicij securidictione res tum sit liquet, nam secutus est iudicij interitus, & dissipatio populi, ut populus amplius nō essent, prout est in maledictionibus. Nam
ingens

Ingens hominum multitudo, quæ suis legibus
& sua religione, siue per vim apertam, siue p
Magistratus negligentiam destituitur, liber
populus amplius non est, sed nouo legislato
ri & nouo iudici seruitutem seruit nouam. Ex
quo videre est, quomodo Christi tempore sce
trum de Iuda perfectissime ablatum sit. Sub
Herode primo res melius habebat, auertebat
seditiones, & priuatas depellebat iniurias ex
formula legis Dei, & adhuc erat iudicandi
potestas penes magnum senatum, & ius di
cendi pro religione, et pro uite innocentia. Et
omnino conditione tolerabiliore erant sub ty
rannis Herodibus Iudæi, quam ea Respub. es
set, cuius princeps tales consultorē admise
rit, sub quo periret, & religio & honestas, pro
pter Magistratus incuriam, quæ notæ sunt &
ornamenta pñ populi.

Nec Iudæi unquam dubitarunt, quin ad
exitium legis & gentis ea uergeret tyrannis.
eoq; fortissime repugnarunt iubentibus absti
nere à iudicando populo: & plurimos tumultu
tus commouerunt. Nam Romani, ut minus
spei esset iudæis reparandæ Respub. edicto ca
ruerunt, ne cui Iudæo Rabini iudices, qui su
pererant, manuum impositione potestatem fa
cerent de iure respondendi, & de controuer
sij statuendi. Quæ facultas penes solos Rabi
nos

DE MISSA MATRIMONIO ET

**Quid officij
Rabinis fue-
rit.** nos proprie fuit, qui per successionem manu-
um impositione creabantur. Necq; enim licuit.
ut ex lege ius ostenderet homo priuatus, sed ei
solii id facere fas erat, cui per senatum maiorem
authoritas id faciendi tributa esset , quod
in Senhederin scriptum reliquerunt. Quid
contra moliti sunt, studiosi reipublicæ repa-
randæ Multa cum fiducia inuitis Dominis
Rabinos nominarunt, aliquando in agris, pre-
sente modico cœtu suorum , aliquando intra
priuatos parietes , & decem celebres homi-
nes, quos הַרְוָגִי בֶּלְבָרוֹן uocant , fortissime
ob id mortem oppetierunt. Quorum memo-
ria inter Hebreos propter exēplum , multum
celebrata est.

Ad ultimū. Ut indubitate teneas causam
iudiciorum non fuisse in populo Dei aliam
uulgatiorem , quam ut in Ecclesia cultus &
gloria Dei conseruaretur, annotabis quod iu-
dicio, quod populo relictum erat, maledictū
& contumelia à Deo defensa fuerit. Nam cui-
que ius factum, ut sine iudicis sententia subi-
ta iracundia blasphemiae manifestū opprime-
ret. Id iuris ad eos proprie pertinebat , qui ar-
dentiores pro afferenda gloria Dei esse uide-
bantur: & ut tales, quicunq; essent, ceu testes
primi manum in blasphemum iniijcerent, erat
etiam ius id faciendi ubiq; locorum , & quo
cunq;

cunctis tempore, & quibusuis instrumentis, p
ut occasio & tempus ferebat. Non enim semi-
per lapidarunt, sed alia qualibet ratione inter-
ficere nocentem fas erat, quemadmodum Phi-
nees Z. mri filium Salu perfodit. Reliqua mul-
titudo testes illos ceu duces secuta est, et sicho
minem dederunt neci ex zelo honesto & per
leges approbato. Videtur autem hæc ratio
nata, ex historia Phinees.

Sic princeps sacerdotū, cum dominus adiur-
ratus fatueret se Christū esse, scidit uestimenta
sua dicēs, blasphemauit. Quid adhuc egemus
testibus? ecce nuncaudistis blasphemiam, quid
uobis uidetur? Hæc ut in iudicio zeloso testis
blasphemiae locutus est: Nam iudiciū ordina-
tiū non poterant exercere, nisi in templo. Alij
sequentes huius authoritatem dixerunt. Reus
est mortis. Necq; tñ subito eum oppresserunt,
quo'd statuerant grauiore afficere ignominia,
nempe ut penderet à ligno, & in hoc etiam
populi iudicium timebant, qui facile iudicatu-
rus fuisset, quod per iniuriam cum oppressis-
sent. Confessione tamen extraordinaria eis
opus erat, ne in accusatione discrepantes Pila-
tus repelleret, quæ consensio parata est cum
præuentem Annam ceu testem alijs quasi peda-
nei iudices sequunt. Et quia Romanis sublati
iudicijs omnibus, quæ cognitionem præcedē
tem

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tem habeant, uulgo permiserant illud popula
re & subitarium in contumeliosos Deo, pro
pter legem & religionem tuendam, quam nō
ut olim Antiochus uoluit, recta adimere sta
tuerant, sed haec tenus tamen frangere admo
liebantur, quatenus Iudei per legem & reli
gionem occasionem discedendi a uictoribus
habere credebantur. Sicut enim authoritas iu
dicandi muneri principali congruit, sic ea fa
cile occasionem populo ad res nouas tum præ
bebat, quam ob id non iniuria Senatus Iude
is ademit, ne temere iugum abiiceret. Ex quo
mihi illud Pilati natum uidetur, quanquam
ironicas dictum uideri poterit. Accipite eum
uos, & secundum legem uestram iudicate eū.
Et rursus, Iudeorum responsio non abludit,
nobis non licet interficere quenquam: Na
nomine conciliū accusabatur, & iudicauerant
morte dignum: non eis igitur fas erat sic adiu
dicatum morti plectere, quasi per iudicium
ordinarium damnatum, sed ex subito ardore
statim occidere tanquam blasphemiae mani
festum per Romanos licuisset.

Quo in loco obiter annotandū, q[uod] apud Pi
latum, abnegata libertate, se esse Romanorū
seruos profitentur. Nobis enim aiunt, qui Ma
gistratus nunc inter Iudeos sumus, potestas
uitae & necis non est. Item illud codem sa
cra

TVRE MAGIST. IN RELIG. 43

tit. Non habemus regem nisi Cæsarem.

Hoc iudicium zelosum flamas subministravit ad tot incendia seditionum, quæ concitando sibi pie facere uidebantur, propter legē Dei, quæ eis in terra habitantibus libertatem promisit. Itaq; iugum Romanæ dominionis existimabant esse contra legem, quia contra ipsorum libertatem erat. Idcirco summi homines in Republi. Iudæorum ad res nouas sæpe uenerunt. Vnde tot exercitibus tantaque crudelitate militum in officio retinendi fuerunt. Decepit eos falsa scripturæ intelligētia, Tamen hoc liquet, quod animus & ardor seruandæ glorie Dei armauerit eos ad recuperandam iurisdictionem & libertatem. Sicut nihil quam studium nominis diuini, eis lapides adversus maledicum in Deum subministravit.

Apparet etiam ex historijs Evangelicis blasphemiae vindictā exercuisse populum per supplicia. Quid enim aliud causæ ciues Domini Iesu prætendiffent, quare omnes in synagoga, ira repleti fuerint, audientes quod ipsos prophetica auditione indignos iudicasset, & surrexerint & extra ciuitatem eiecerint, duxerintq; usq; ad supercilium montis, ut præcipitem illinc darēt. Quid inquam prætendere, et quid tumultu illo ulcisci aliud æque uisi sunt, ac contumeliam Ecclesiæ factam, quæ Dei pariter

DE MISSA MATRIMONIO ET

pariter esset? Sic lapides tulerunt, ut iacerent
in eum, quod dicēdo, antequam Abraham so-
ret ego sum, uisus esset eis, se deum facere. Simi-
liter cum dixisset, Ego & pater unum sumus,
eū lapidare statuerunt. Lapidare eū dominū
Iesum bis in templo conati sunt, q[uo]d utroq[ue] tem-
pore existimarent eum Deo blasphemiam di-
xisse: tam infandis tenebris excæcati erant, ut
neq[ue] præsentem Christum, neq[ue] gratiam eius
cognoscere poterant. Extant exempla multa
in actis Apostolicis huius zelosi iudicij. Nam
primores inter Iudæos, quia studio tuendæ le-
gis feruere sibi uisi sunt, statuerunt Paulum
Hierosolymis ceu per seditionem trucidare.
et Thessalonice contra eum totam ciuitatem
commouerunt. Et idem, qui uas electionis &
apex Apostolorum, à Iudæis quinques qua-
dragenas una minus accepit, ter uirgis cæsus
est, et lapidatus semel, ex occasione huius iudi-
cij popularis. Pharisæi & legis doctores qui
Republi. Iudæorum nondum extincta, ius in
populo dicebant, uident' occasione iudicij ze-
losi inter se vindicasse blasphemias, et durius
et frequentius ea sæuitia indenatos occidendi
uisos fuisse, ne prorsus à memoria hominū lex
excideret. Quæ causa fuit, cur id iudicij ad
plura crimina amplificauerint, q[uo]d cōsuetudo
& mos ferebat superiorum ætatum. Nam se-
natus

natus Iudæorum qualis tum erat, Stephanum lapidauit, non alio iure quam huius iudicij; adeoq; etiamnum constat, q; iudicia inter se clancularia exerceant, quamvis notum sit il- lis, cum in terra Israel concilium iudicum ma- gnum non supersit, necq; extra terram esse eis exercendorū iudiciorū potestatē. Sic em̄ in ue- terū traditionibus est, & ex lege, maxime ex minis legis cōstat. Nam eiusmodi genus sup- plicij prorsus non hæret in authoritate iudi- cij, necq; sceptri necq; legislatoris aut scribe, qđ sublatum tum erat iuxta prophetiam Iacobi Patriarchæ, sed à motu animorū uulgariuni, quorum incitatio id genus supplicij sōntibus irrogauit: cuius studiū & ardor defendendæ à religione iniurie supersuit legi extinctæ, & populo in non populum redacto, ut sciremus propemodum naturæ iudicium id poscere.

Ac uero nostra christianorū priuatorū mo- deratio sibi id iuris asserere sine magistratu, ne que audet necq; debet: Quia pijs in uolunta- tem domini Dei respiciendum est, cui paren- dum simpliciter & patienter ferendum, si nos ad tolerantiā animi exercendos tyrannis sub- iicit: quemadmodum Iudæos tum subiecera- Romanis. Rebellio speciē studij religiosi prese- tūlīt, quæ tamen Deo displicuit, & causa exti- tit miseriis Iudæis maximarum cladium, ut sa-

Priuatus pae-
na in malis
irrogare non
debet.

G pius

DE MISSA. MATRIMONIO ET

pius Romanis poenas tanquam seditionis dederint. Et fecerant plane seditiones cum repugnarent, quia neque Magistratus inter eos erat, neque ipsi populus & politia erant, quo minus licuit, ut suum ius administrare studearent. Nulla enim multitudo temeritate tali regitur, sed oportet ut certos homines habeat penes quos sit authoritas, ut uis est dominantis populi a' pud multitudinem. Iam Christianorum Res publicæ externæ sunt uariæ, & tamen dicuntur & sunt Christianæ, cum pro gloria Dei gladius gestatur. Nec aliud ordinat in gubernationibus, nec ordinatum aliunde extra hanc rationem efflagitat spiritus ecclesiæ. Quin totus est in hoc, ut officia & dona sint ad utilitatem. i. Corin. xiij.

*Cur Iudei
christum
crucifixerūt*

Hactenus docuimus, quod iura & iudicia populi dei oīa maxime faciant p uera religione & honesta uita conseruanda. Vnum hoc, forte *πάρεργον* adiiciendum duximus, Cur Iudei dominum Iesum afficere publico supplcio maluerint, quam populari tollere iudicio. Huius causa haec nobis esse uidetur, ut aduersus eos minus suspicionis relinqueretur, quasi innocentem inuidia atq; odio percuti necassent, aut ne p seditionem potius imperfectus essem, quam destinato honorū cōsilio uideretur, cum iudicium zeli multam similitudinem habebat

IVRE MAGIST. IN RELIG.

bebat cum seditione. Deinde ut Domino interfecto tuti securiç p̄ essent à uindicta. Dabatur enim actio iuxta legem Deutero. cap. xix. aduersus eos qui ex zelo interfecissent aliquem. Et Pharisæis uerisimiliter obijci potuisset, quod heri & nudiustertius (sic enim lex loquitur) cum interfecto inimicitias exercuerint.

Iam Domino accusato publice, & sententia Romani Iudicis in crucem subacto, illis ut debatur, q̄ inuidiam cædis tanquam per iniuriam factæ omnino effugissent. Quia iudicium tale publicum Pilati præsidis hac in parte magno Concilio iudicium septuaginta personæ habebatur, propterea q̄ in eius locum successerat. Nam traditio uetusuit, ne contra testes actio daretur, quorum falso testimonio innocens oppressus per sententiam magni sensus esset si de eo sumptum esset supplicium. Iudei iustitia, cuius iudicium est, infamaretur. Et eadem causa videbatur amicis Domini Jesu per præsidem Pilatum falso damnati, nulla actio danda esse aduersus accusatores & testes pharisæos. Iudicium enim illud eque domini erat, quia in populo domini. Dominus autem aut falsi, aut negligentia, aut inertie insimulare, quantum piaculum. Ex quo mortui, a corde erant, & summa obliuione oblitterati, qui plexi publice erant.

G ij Tertia

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Tertia causa est , ut memoriam Domini,
aut à cognitione hominum auferret, aut pror
sus bonis mentibus redderent execrabilem,
cum scirent maxime facinorosos cruce inter
fici solere, & legem hoc dicere . Maledictus
qui pendet à ligno. De quare supra nonnihil.
Hoc in loco prædicanda est mirifica prouidē
tiæ ratio, quæ cupiditatibus hominum ad glo
riam suam tam apposite abutitur. Oportuit
enim Christum fieri maledictum pro nobis,
ut nos benedictionem consequeremur: & ex
altari, ut ad se traheret omnia. Hoc factum est
per Iudæos longe aliud spectantibus. Sic stat
consilium domini inæternum , contra omnia
carnis consilia, & eorum qui Christum extin
guere student.

QVOD DVPLEX LAPIDATIO
sit, altera iudicaria, & altera popularis,
& quo modo, & quo ordine utra
que facta sit olim.

CAP. XVII.

Multa diximus, quæ uidentur Euange
licæ historiæ lucem adferre, ea diligen
tius enucleabimus, ne quid ambigi relinqua
tur. Primum ostendimus lapidationem unum
esse

IVRE MAGIST. IN RELIG. 11

esse ex quatuor capitalibus supplicijs, quæ in ferre rex nō potuit, Senatus potuit, aut maxi me ille septuaginta iudicum, aut etiam alter, in quem electi erant homines uiginti tres. In terea exemplis indicatum est, esse quoq; lapi- Duplex est
dationem populo usurpatam, quæ fiebat ex subita iracundia, sine iudicis cognitione. Ita queliquet lapidationem in ueteri populo fu- isse duplēm, alteram iudicū ordinariorū, alteram interuenientium facinori recenti. Illa abrogata fuerat per Romanos ætate Christi, hæc autem ad plebem demulcendam relicta.

Prior hoc ordine fiebat. Postridie quām sententia lata esset, adduxerunt damnatum hominem ad locum lapidationi assignatum, quem uocarunt בֵּית סִילָה. Extabat autē locus ille duorū hominum statura, cum ab eo abessent inter ual lo quatuor cubitorum reum uestibus exuerunt, obuelauerunt uerēda eius, & nudum ligatumq; manibus adegerunt, ut ascenderet in eum locum lapidationis. Mulier rem tamē non nudam lapidatunt, sed indu tam interula. Testes simul astabant, quorum alter ante sestantem super fœmora pulsans, pronū ad terrā abiecit. Quo casu si animā ex halauerat, sententię putabant satisfactū esse. Nā depulsio illa par habebat lapidationi, ex his legis uerbis סְקַרְל אֲוֹרָה יוֹרָה G ij Quod

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Quod si iactu ac impulsione illa deiectus ad
huc uiuebat, tunc ambo testes grandem lapi-
dem duos homines pondere adæquantem,
qui illic in hoc positus erat, cōmuniter sustule-
runt, & alter manū remittens effecit, ut in re-
um infra iacentē incideret. Qua mole si q̄ non
essent extinti, iñ ab omni populo circumstan-
te, lapidibus undiq; adobruebantur. Hanc su-
plicij rationem ex hac lege sunt mutuati, quæ
ait. Manus testium prima sit ad occidendum
eum: postea manus totius populi. Sic habuit
iudicaria lapidatio.

*Popularis la-
pidatio quæ
fuerit.*

Popularis autem lapidatio longe diuersa
rationis erat. Nullus iudex cognitionem ex-
ercuit, neq; ullus testis auditus est, sed autho-
cædis, ut priuatus homo, publicam Dei con-
turneliam per uehementiam animi sui uincisse
batur, propter legem de zelo promulgatam,
cognitamq; uulgo, & utentiū consuetudine
comprobata, de qua multa superius, qua
ius siebat cuilibet in iurias, quæ palam Deo
fierent, manu persequi. Quamobrem aduer-
sus eos, qui uidebantur deo maledixisse, aut
conuicio, aut impia uita iniurijs esse Domino,
sæpe ac sæpius ad lapides prouocatum est, ut
sit cum furor arma ministrat, tametsi etiam
alia ratione interficere licebat. Sed lapidatio
iratis uidebatur expromptior, cum ad manū
facile

IVRE MAGIST. IN RELIG. 53

facile cuique inermi adsint lapides.

Quod autem alia fuerit ratio uulgaris lapidationis quām Iudiciariæ, uidetur ex illo dīcto Christi, quod legitur Ioannis . viij. manifestum esse. Nam pharisæis de muliere eum interrogantibus, quæ modo in adulterio deprehensa esset, respondit. Quisquis uestrum sine peccato est, ille in eam primus lapidem mittat. Diximus ex nona sectione lib. Senherin, quod iudicaria lapidationē nudum ex ædito loco alter testium primo præcipitem egit: deinde lapidem grandem in facentem altero adiuuante alter demisit: hic autē Christus permisit. haud dubie quod moribus receperatum erat, ut initium fieret à lapidibus in eam faciendis, quæ tum in terra plana astabat. Ali bi grauis causæ disceptatio supplicium præcessit: hic nihil aliud auditur, quām q. Moses præceperit, ut mulier in adulterio deprehensa lapidetur. & haud dubie, scribæ & pharisæi, qui id loquuntur, intelligunt de ea lapidatione, quam Christus cum exceptione hac permisit: Qui uestrum sine peccato est, primum in eam lapidē iniçiat. Nam ardor uindicandi transgressionem præcepti, extra cuitam transgressionis esse debet.

Adde quod indubitatum est, penes Iudæos, tum non fuisse, potestatem rei adjudicandi

G iiii suppli-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

suppicio, nisi ex illo tumultuario ardore, & tam
en Christus, accusatoribus egressis, ad multum
erem ait, Vbi sunt qui te accusabant? nemo te
condemnauit? Quod dictum uidetur agno-
scens, fuisse eis potestatem lapidibus dam-
nandi, & illa respondentem, nemo Domine, ex-
cepit. Nec ego te condemnabo: uade & noli
amplius peccare. Condemnatio autem nulla
alia erat, neque esse potuit, quoniam studio iniurie
a Deo & uerbo illius propulsandæ lapidibus
miseram occidere, cum cætera iudicia omnia
essent penes Romanos.

Sic initium a lapidibus meditabant Iudei,
quod dominum erant aliquoties lapidaturi. Sic Stephanus obtenuit iudicij zelosi imperfectus
est. Nam legitur. Et lapidabat Stephanum inuo-
cantem & dicente: Domine Iesu suscipe spiritu
tum meum. Positis autem genibus clamabat
uoce magna dicens. Domine ne statuas illis
hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Ecce
cum hoc dixisset, obdormiuit.

Vbi est hic locus iudicij? ubi lapidationis
tumulus est terra in altum sublatus, in quem sta-
tuatur? an non furor potius & amentia iratae
multitudinis elucet, quoniam grauis causæ disce-
ptatio? Nam legitur, in eum impetum fecer-
runt unanimiter, & ejientes extra urbem su-
bito lapidarunt, & ita lapidarunt, ut non ex-
loca

IVRE MAGIST. IN RELIG. 52

loco lapidationis depulsus lapide immisso
proculcaretur, sed cum illi lapidabant, ipse do-
minum Iesum inuocabat, & positis genibus
orabat pro parricidis suis. De Paulo etiam su-
pra citatum, quod de se scribit, se esse semel la-
pidatum. Supplicium lapidationis a Iudice,
hominē ter interficiebat, depulsione, iniectu
ingentis saxi, & lapidatione populi, ita ut in
occisum lapides plurimi aggererentur. Subi-
tarium autem illud nullam certam rationem
habuit, sed fiebat pro animorum commotorū
uoluntate: aliud quidem alio durius atque in-
clementius. Ita factum, ut aliqui lapidationi
uiui superessent, aliqui prorsus oppressi sint.

Neque his pugnat, quod ex nono capite
Actorum obiectendum uidetur: quia Paulus
accessit principem sacerdotum, & ab eo petiit
epistolas Damascum uersus ad synagogas, ut
si quos inuenisset huius uiae uiros ac mulieres
uinctos perduceret in Hierusalem. Summus
enim sacerdos, ut sacerdos & caput synago-
garum, & non ut princeps populi scripsit, &
ad eos scripsit, qui religionis gratia obsequ-
ebantur. Et Paulus Christianos Hierosoly-
mam trahere studuit, non ut ille a Iudaeis iudi-
cibus per sententiam plecterentur, sed ut aut
Romano praesidi prouinciae sisterentur dam-
nandi, qui a mortuis rediuiuum simul perse-

G v que

DE MISSA, MATRIMONIO ET

quebatur in membris suis, ut historiæ habent: aut ut inter ipsos phariseos Iesum profitentes Christum esse, tamquam blasphemari per tumultum interficerentur, quemadmodum primus testis Christi Stephanus a Iudeis iratis pridem interfactus erat. Nam pharisei, quod Iudeorum Magistratus erant hominis interficiendi potestatem nullam tum habebant, quod est extra controversiam, & semper supponendum. Haec obiter annotauimus, ut ex Euangelio quoque uideremus, quousque Iudei sub tempore supplicij Christi, & a resurrectione, capitalia suppicia exercere potuerint, & quod maximam illis curam fuisse uideri uoluerint, omnia religionis & legis diuinæ gratia exercuisse.

QVOMODO CIVILIA PRAECE-
pta legis ad religionem pertineant, & quod
in populo Dei tranquillitas non sit,
ubi uerus cultus non est.

CAP. XVIII.

QVia igitur declarauimus omnia sup-
pliciorum genera, & poenas omnes in
uiolatores diuinorum praceptorum olim con-
stitutas esse, uidemur eadem opera declarasse,
quod & nunc pro religione, & moribus pie-
tati

tati conformandis iudicia dari debeant, Nisi iuxta cerebrum consultoris dicere iuuat, q̄ Christianus Magistratus ita licentiam ad falso cultum atq; ad morum corruptelam sua negligentia fouere debeat, ut Israeliticus uerius cultus studium & uitam federato Deo gratam olim fouerat.

Nec obstat, quod dicitur, Iudæorum præcepta, quæ sunt supplicij defensa, leges ciuiles fuisse: & consilium aduersarij agere de rebus ad religionem propriæ spectantibus, Nam ostendimus supra bonam partem ex natura religionis extitisse, ut sunt quæ de cultu & ceremonijs cauent: cuiusmodi præceptorum transgressionem lex non minus ac ciuilia peccata supplicij puniuit.

Quin uerissime diximus¹, etiam ciuiles causas in populo legis, pertinuisse hactenus ad foedus & religionem foedere fundatam, quod earum leges promissioni foederali, qua dominus gratiam paciscitur, seu conditiones adiunctæ fuerint, cum dominus uicissim à populo stipulatus sit ciuitatem inter ipsos iuxta uerbum suum gubernatam. Nec enim qui usitat furtum aut adulterium, ea peccara satis usitauit, donec præcipuam uitandi rationem ex primo præcepto & ex fide in deum mutuauerit, quia primum præceptum, ut supra dicimus, aliorū regula est.

Tamen

DE MISSA MATRIMONIO ET

Tamen quæ profani homines religionis propria esse concedunt, aliqua recitabo. Quid enim religioni interius omnium iudicio, quam quæ Deuteron. xiij. in falsum prophetam sancta sunt: & quæ in **הַמִּסְתָּרָה** hoc est, sollicitatorem ad idololatriā ad nouos deos. Quibus strangulatione Iudex uitā finiebat. Item quæ dicunt **בְּעִירֹוּמְשָׁבֵט הַזְּרָחָה** de urbe aut etiam tribu, quæ ad defectionem alios hortatur. eam lex iussit bello opprimere, & ut bellum tale per magnum concilium decernetur, & decretum à rege susciperetur gerendum, eadem lege edixit, quemadmodum scriptum legitur in libro Senhederin titulo primo. Si primam authoritatem summorum Iudicium, hoc est, magni senatus & regis Deus legibus armavit aduersus iniurias hominum, Deo illatas in ueteri populo: cur in novo pio principiū & facultatem afferendi uerum cultum adi meremus?

Requirit a principe Consiliū aduersarium res tranquillas. At in populo dei rest Tranquillæ nō erunt uiciata religione. Et poenas dant illici fures & parricide, quia publicum ocium turbarunt: Verum piorum quietem nunc magis turbant impij sacrifici, quam clandestina furta, & etiam cedes paucorum, & magis ledunt Remp. populi Dei, eorum scortatio, tam impudens.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 55

pudens & secura, qui exempla gregis esse dede-
berent, q̄d quondā Ethnicorum adulteria, que
gladio leges Cæsarum punierunt. Dissimulat
reliqua scelera & flagitia: sed Deus uult suum
Magistratum terrori esse malis operibus om-
nibus, & noxas mentis maxime persequi.

Ergo illustrissime princeps, partes tuæ in
tuo populo sunt, nō pseudepiscopos imitari,
sed agere principē Christianum. Hunc nō ege-
ris, nisi auctoritate hortatus fueris, & imperio
rebelles adegeris cum ad uerbum audiendū,
tum ad illud uita exprimendum. Minister dei
in populo Dei non minus es, quam ueterum
reges. Tranquillitas in populo Dei hac via
procuratur. Hoc est, conscientiæ bonæ quies-
& firmitudo, non aliunde existit: quam qui-
dem Christus donat per ministerium Eccle-
siæ. Verum eandem principalis auctoritas p
suo modo promouet, cum synceritatem mini-
sterij, & synceriores in populo uitæ rationes
conseruat. Hæc pax omnem sensum superat,
hanc principes p̄ij, cum electis Dei omnibus
unam expetant, unam quærant, unam
ut scopum propositam ha-
beant.

Quid

DE MISSA MATRIMONIO ET
QVID PRINCEPS ET MAGISTRUS
civilis nobis sit, et quod in Ecclesia no-
ui populi locum habeat.

CAP. XIX.

De uerbo
Dei.

ADuersus hæc Consilium iterum excipit. Quia regnum, inquit, Christi est spirituale, & ad id uerbum Dei propriè pertinet, omnino igitur expersit potestatis terræ necesse est. Hunc scrupum antehac submovimus, cum ostendebamus, quousque uim ferat regnum ac uerbum Dei. Nam uerbum dei, & si est corporale, terrenæ tamen potestati non subiacet, quia est in hoc à Deo ordinatum, ut animæ credentis insinuet, offerat, ac siffrat gratiam Christi, rem quidem spiritualem, & hominum uiribus superiorēm.

Quod si Deus sic ordinavit, quis prudens ac pius ordinem Dei mutandum sibi sumpserrit? Et tamē quia uerbum externum est, & ad corpus corporisq; auditum attinet, ac sub sensum cadit, ex parte capax est eius administrationis, quæ est externi gladij, eocq; Magistrus p̄ij fuerit, apud populū id retinere purū et sine adiunctione impietatis, defendereq; à contumelia ac uirulentis linguis, quæ nimium laedunt piorum hominum progressiones, qua p̄j om̄.

IVRE MAGIST: IN RELIG

p̄ij omnes adiuuant in alijs: & omnium omni
no refert, ut offendicula submota sint: quia
omnium interest, ut gloria Dei quām latissi-
me deprædicetur, maximeq; principis est, ceu
ministri uerbi Dei ut dignitatem autoritate
usuq; muneris sui publice tueatur. Quod qui-
dem officij ad priuatum ciuem eo modo non
pertinet, quo ad principem.

Nomino autem potestatem ac principem,
quem Vlpianus gladium, & rursus merum
mixtumque imperium uocat, idest, qui uitæ
ac necis potestatē habet, & quem in omnibus
certissima fide Apostolus dicit esse ministrum
Dei, qui gladium gestat in terrorem male ag-
entibus. Est autem ille, qui plenus Magistra-
tus est, qui leges sancit, & qui iuxta illas af-
ficit poena prævaricatores tanquam dei min-
ster. Cuiusmodi sunt omnes Germaniæ prin-
cipes, omnesque ex Magistratibus alijs, qui
regalia, ut uocant, habent, siue respub. siue
comites, & nobilitas alia populis præfecta
gubernandis. Itaque principis ac Magistratus
p̄ij est, bona omnia, & quicquid salutari doctri-
næ quadrat, promouere, quodq; illi pugnat
coarguere, atq; e Repub. eliminare, quatenus
ad cognitionem suam ut principis, imo qualē
cunque notitiam uel uerius non inanem con-
lecturā eius peruerterit. Nam hoc debet sacro-
sancti

*Quid potes
fas.*

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Arcana uni
Deo iudican
da sunt.

sancti imperij authoritati, quod curam cuique
suorum commendauit iuxta leges, quarum
caput semper esse debet lex Dei. Quocirca
fentiendum, quod facinora crassiora, quae palam
sunt oculis subiecta corrigerem, simulque ea,
quorum indicium aliquod aut rumor extat,
emendare obligentur. Sed in arcana illaque
teriora, quorum aut uestigia aut documenta
nulla foris eluent, gladij uis nequaquam exe
renda est, Nam iurisdictio occultorum Dei
est, qui unus arcana iudicat. Neque enim plus
iudicat quam cognoscit, & scientiae Magi
stratum abdita & retrusa non subiiciuntur.
Nam in animi quoque maliciositatem animad
uerunt quidem, sed ut ea signis, aut confessione,
aut facto, aut undecunque declaratur, non
dum patentem non iudicarunt.

Hec uisum adiucere, ne homo iuris ac iusti
tiae consultus hinc uenetur quod reprehendat.
Nam lex dei ea quae latente, celo, idest, Deo
punienda relinquit, Sic enim loquitur scrip
tura: sed facinora quae patent, censurae Magi
stratus demandauit. Neque rationes iudiciorum
abolebuntur, donec in Repub. populi dei ma
li bonis admixti fuerint. Nam si partem preci
puam & necessariam Euangeliū officio magi
stratus ademit, uniuersum ademisse uidetur.
Nam ex Paulo, ne rem altius repetam, ostend
imus

IVRE MAGIST. IN RELIG.

59

dimus, per se pertinere ad Magistratū pium, Duplici oratione ut ad terrorem malorum operū Deo seruat. Accessione Euangeliū non mutatur nisi feceri gano Deus magistratus qui Magistratus non sit. Nam Magistratus qui non in maxima sceleratu & misericordia ecclēsiae. raporest grauissime animaduertere, persimilis est homini sine corde & cerebro. Euangelium aequa atq; lex studet gloriae Dei, mensum autem imbutam Christo expedit utrumque, & utruncq; aufert offendicula infirmiorū sensibus patentia: Lege itaq; Magistratui directe præcipitur ut prouideat religioni, cur princeps in Euangelio magnus sibi id ueritatum putaret: & quare religionem falsam à Repub. non propulsaret: quamobrem ueram malitia hominum ablatam in Ecclesiæ cognitionem non reuocaret. An quia plus lucis accepit, minus esse gratus largitori omnium debet, an minus posse debet qui plus accepit.

Alienum est, bene fateor, à Magistratu, quod in animis ac mentibus geritur, neq; in occulta ac latentia ius ullum legitimus Magistratus unquam usurpauit: neq; adeo peruestigandas hominū cogitationes Euangelico principi nos tribemus, sed quæ patent, quæ in oculis omnium sunt, & quæ lèdunt imperitam simplicitatem, & uerbo domini aduersariuntur: ea demum antiquanda, & è medio tol-

H. Ienidz

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Ienda contendimus, quæ quidem consiliū
proprīe defendit.

Quare blasphemias & offendicula publica gladius plectat, & Magistratus obstricatum se esse meminerit, ut indicia & nota impietatis non negligat, sed omni cura diligentiaque inquiret. Necque em committendum, ut clancularia mala reliquum gregem corrumpat. De hoc lex cauit Deute. xiij. & xx. Hanc legem exquisite præstitit Magistratus Moses, & tam splendidas in Deum blasphemias, ac bonarum mentium corruptelas noster christianus dissimularet. Qua fronte negauerit consilium, ut quod correxit in ueteri & imperfetiore populo Moses, id noui & superioris princeps, qui Christi seruus haberi uult, et est non dispari præditus auctoritate, existimet sibi non attingendum esse.

Hoc aduersario non uidetur, quia uictus in regno Christi temporali potestati non esse subiectum. Hoc saepius repetit, & multis amplificat. Nos igitur eadem quæ assumit prope fatemur, Ecclesiam & regnum Christi esse, & haberi electos Dei, qui sunt uera fide prædicti, qui noui homines, qui cohæredes Christi, qui ueri cora Deo filij & hæredes, Quos Paulus nominat domum Dei, & columnam & fundamentum ueritatis. Eiusmo-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 50

Eiusmodi sunt Hierusalem cœlestis, sunt inscripti in coelum, sunt populus spontaneus, nulli legi, nulli potestati, nullis uiribus peritus obnoxij, et sunt inter se sine discrimine personarum coniunctissimi: quia omnes sancti & credentes sunt unus in Christo. Hæc nobis facrosancta et salutifera, ne dum uera sunt.

Sed quid est (inquit) loci in tali Ecclesia Magistratus? Respondeo: Quanquam iusto lex, cuius minister Magistratus est, posita non sit, tamen in Ecclesia credentium plerique adhuc sunt imperfecti, implicatiq; iniustitia, raro est qui summam uniuersam se tenere existimat, cum Paulus fateatur se non dum appræhendisse. Itaque nobis imperfectis, & ad pietatem et ad uitam syncerorem multum adfert adjumenti Magistratus: cum penitus remouet offendicula imbecillibus, que à uia dei mediocriter bonos auertunt, & in officio mentes fluxas ac mobiles retinet. Nam inferiores, si uitiorū est impunitas, proclivius excidunt, fœduscq; labuntur. Et si qui aut infirmitate aut imperitia peccarunt, ij faciliter in uitā redeunt, si seueritate iudicis adiuuātur. Sed & plane facinorosos abarcet ac tollit, qui bus impunitis, cū politia cum religio pariter conturbantur. Sunt enim tales aliquot sub nomine Christiano. Sunt & multi hypocrite.

Hij pestilen-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

pestilentes, sed & uulgus promiscuum ferē
malum est, & si ore Christum omnes aliquot
ſæculis profitentur: quorum maliciam aut tol-
lit, aut lenit, ac debilitat Magistratus, ne om-
nis & honesti & pietatis facies undis uitiorū
deuastetur.

*Omni homi-
num ordini
uallis Magi-
ſtratus.*

Summa, malis, imperfectis, incōstantibus
hominibus prodest Magistratus, quorū sem-
per est maxima multitudo, quorū non pauci
cum gladio à uitijs patrandis deterrentur, &
necessitate adacti purius uiuunt, puri animi
studium tandem contrahunt consuetudine.
Bonis autem usquequaq;, & in fastigio pie-
tatis hærentibus in hoc prodest, quod pie ac
tranquille agentes, gloriam Dei apud alios
felicius promouere queant. Sed & pro deplo-
ratis habitī, eodē quodammodo adiuuantur,
quia ſæpenumero ſeueritate, principum tales
corriguntur in melius, qui ſibi permitti cum
multis imitatoribus perijſſent. Cuiusmodi ex
empla de Manichæis & Circuncellionibus
ex Augustino ſupra citauimus, quibus leges
Cæſareæ, contra ipsorum furorem æditg, ad fa-
lutem profecerunt. Fac autem eſſe, qui metu
moueantur, & nihil ſynceri agant, nihil oſeci
us ad eos à Magistratu hoc redit utilitatis
quod pauciora mala ſuspensi metu designent,

quod

IVRE MAGIST. IN RELIG. 61

quod malorum conscientia minus torqueantur, & quod suo exemplo paucioribus sint cauta ruinae. Quid multis est Apostolus ipse potestatem, & si Ethnica fratribus commendauit tanquam utilem. Si non uis (inquit) potestatem timere, fac quod bonum est. Nam Christianos admonet ad praestanda bona opera, quos nouit esse homines, qui in studio euangelico rectum cursum non perpetuo teneant, quicq; interim admittant, quæ solent apud Ethnicos in crimen uocari, haud inepte facit quod profana morum uitia profanis remedijs curet, quæ plane diuina fiunt, cum iuxta uerbum Domini per spiritum adhibentur. Nam Christiani ut Domino, sic Magistri propter uerbum iubentis & ex conscientia parent.

Vtilitas ab effectis patet. plus probitatis & integritatis est, ubi potestas gladij puritatem uerbi uitæq; disciplinam defensam curat, quæ in ubi cum falsa doctrina summa turpitudo corruptissimiq; mores dissimulantur. Quis dubitauerit esse multos uere probos in oculis Dei, ubicunq; cum sana doctrina animaduersio scelerū sedula uiget. Nā indubitate uidet qd mediocres animi, remotis p. Mistrum offendiculis malorum exemplorū, iustitiæ currículū perficiat expeditius, q; si de

Medij homi
nes principū
seueritate ad
iuuantur.

H. iii. Etina

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

ctrina bona. & pietatis mores per malum Ma-
gistratum negligerentur. Exhortationes qui-
dem uerbi pure prædicati, magnam uim ha-
herit, sed publicā pietatis faciem sine Magi-
stratus ope nunquam instituet uerbum. Nam
Deus utruncq; & Magistratum & ministeri-
um uult in suo populo ualere. Proinde utrius-
que usu commouentur multi ad pietatem, qui
sub impia doctrina & malis exemplis facile
corrumperentur. Nonne Israel in Aegypto
cōtaminatus est gentis impietate, Ezech. xvi.
ubi tyrannis ademerat publicos cœtus pro-
pter uerbum audiendū, & Magistratus inter
eos erat sine potestate puniēdi male moratos.
Nonne iisdem Iudæis Moses & prophetæ po-
strem hanc captiuitatem sunt minitati, in
qua prædixerunt hoc malum maximum, qd
essent sessuri, ut nunc sedent, sine lege & sine
rege. Hoc euenterum prædixerunt, ut iam o-
lim euenit. Itaq; non erunt tantum hypocri-
tæ, ubi opera Magistratus uerbum Domini
prædicatur, atq; in existimatione honesta
est. Quia fieri non potest, quin in magno cœ-
tu aliqui sint, qui credant, si in eo cum Euau-
gelij pura prædicatione sacramenta iuxta in-
stitutionem domini rite administrantur, & si
Magistratus suum fecerit officium. Nam uer-
bum domini semp suam habet efficientiam.
Esa.liij.

Iam

IVRE MAGIST. IN RELIG. 82

Iam quia nemo crediderit sine prædicante,
sequitur q̄ ædificationem in Deum pro mo-
do suo promoueat, qui renatam salutis doctri-
nam, & præcepta & ordinationes honesteui-
tæ populo uoluntate cōmendat, authoritate
exhibit, seueritate præcipit, & minis poena-
rum exigit. Quod ministri uerbi à te plenius
fieri optant, cum admonent, ut post tantum
usum uerbi prædicati, Missæ abominationē,
flagitiosamq; uitam sacerdotum ē Republ.
repellas, authoritate & potestate illa princi-
pali.

QVOD FUNDAMENTVM MOSI
sint promissiones Euangelij, & legem
esse spiritualem.

CAP. XX.

DEinde quia nobis omnia in partē me-
liorem sunt interpretanda, iudicandū
& sperandum est nobis, q̄ Deum toto corde
quærant, qui id præse ferunt: & grauem quo-
que lapsū & patentem iudicemus, aut in-
firmis aut imprudentibus accidisse, aut certo
violentia tentatione, & non consilio neq; ma-
liciositate destinata. Neq; dubitemus quin de-
us ex corde ipsorum nondum omnino excide-
rit. Quo minus asperitatē quorundam proba-

H iiiij mus.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mus, q̄ titulo zeli Dei, uel benefacta aliorum, inuidie calumniosēq; arroduct, non solum lapsus mediocres nimium exagitant. Nam alienis simus est talis animus, à scopo p̄ij iudicij.

Colorauit su
um consiliū
ex doctrina
Anabaptista
rum, quam
tamen odit.

Iam inter Anabaptistas Coryphæi, in ueteri quidem populo fuisse coercionem legis haud inficiantur, uerum addunt longe aliud esse cum Euangeliō reuelato, quod nullum Magistratum, neq; uim plane ullam sustinet, ij ex imperitia, ut inscitiae res cōfidēs est, de eo fortiter pronunciant, quod ignorant. Inde que pios omnes conturbant uehementer, præter omnem spem edificationis. Ex quorum doctrina consilium aduersarij nonnihil præsidij comparavit. Callide & uersute facit, & ex more omnium hostium Christi, quibus propositum non est, ueritatem æquabili rationum & scripturarum consensu inuestigare, & inuentam propugnare, sed potius eam student qualicūq; uerisimilitudine labefactare. Vici se putant, si effecerint ut homines ueritatē rei minus animaduertunt. Quod quidem ualde in probe ac nefarie faciunt.

Moses habuit
occultum
Euangelium.

In hoc autem tales Ecclesiasticæ politiæ euersores periculose hallucinantur, quod à uerbo legis & Mosaico ministerio totum Euāgelium, omnesq; promissiones salutis separant: Cum tamen præcepta legis non præcie p̄ua

IURE MAGIST. IN RELIG. 55

pua Mosaici officij sint, sed promissiones illæ
eodem quæ in plenitudine temporis per Christum in nos sunt comprobatae. Primas in lege
teneant: quæ sane omnes in Christo sunt etiam e. iam. ij. Cor. i. Promissio r. gratiæ est fundamen-
tum foederis, quæ eadē fundamentum euangelij est, quoniam Christum includit, qui
nunc efficaciter offertur: leges autem aliae ceu-
adiunctio & cōditio sunt eius pollicitationis,
que est, quod dominus uelit esse Deus noster.
Id re ipsa planissimum esse uidetur.

Nam ex uerbis decem foederis hoc est pri-
mum. Ego sum Dominus Deus tuus, qui te e-
duxī de terra Aegypti. Exo. xx. Quo Deus
pollicetur seipsum, & à se opem Dei, ac inui-
cēm fidem & charitatem erga se ab Israele po-
tissimum stipulatur, sicut in Deut. exponitur
his uerbis. Audi Israel Dominus Deus noster
Dominus unus est. Diligas Dominum Deum
tuum ex toto corde, ex tota anima, & omni-
bus uiribus tuis. Deut. vi. Charitatis est, Di-
lige Dominum Deum tuum &c. Fidei autem
hoc quod antecedit. Audi Israel, Deus noster
dominus unus est, qđ nō simpliciter affirmat,
sed iubet ut audiatur, & ut solus audiatur,
hoc est, ut ei te soli credas. Nam si unus est Do-
minus, nemo erit præter illum, cui ullo pacto
fidendum, sed omnia sunt ab illo uno expe-

H v cтanda

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Etanda. Ergo quisquis aliunde quicquā peti-
tione diffidit, pmittenti et affirmanti, deum talē
se esse uelle, qui in periculis omnibus opitula-
tor, & ad omne bonum author nobis adsit.
qui solus et uelit et possit diuina nobis benefa-
cta exhibere. Hoc est enim Dominum esse ali-
cui solum Deum. Nam clausula, qui eduxit te
ex Aegypto, ad Iudeos pertinet, non ad om-
nes. Nam illi extrema mala pertulerunt in Ae-
gypto. Idcirco si ad thesin deducitur, ualeat.
qui in summis tibi adero periculis, & optima
quaēq; suppeditabo, illud est ex Aegypto &
domo seruitutis deducere, hoc autem introdu-
cere in terram, in promissiones. Ergo dicens,
Ego ero Dominus Deus tuus, id dicit, qui diu-
nam opem tibi ostendam : ea promissio fons
et caput est promissionum, qua una omnia ex-
petenda promissa sunt. Cuius certitudo non
de rebus, neq; de uoluntate, neq; de opere ho-
minis aliquo, sed de constantia diuinæ uerita-
tis oritur, eocq; nihil credit uirtute illius pro-
missionis, qui non omnes partes eius exacte
credit. Partes autem dico, quicquid uerbis illis
significatur, Ego ero Deus tuus. que compre-
hendunt omnia necessaria & utilia pio homi-
ni, que sunt à solo Deo accipienda. Nulla enī
discrepantię causa alia esse poterit, ubi unica
omnibus confessionis est, si tota mens illam

unam

IVRE MAGIST. IN RELIG. 64

unam apprehendit. Vna enim credendi causa est, eiusdem & immutabilis diuinæ uoluntatis perpetuitas & constantia. Si igitur unum beneficium Dei uirtute huius dictæ promissioneis per fidem expectas, cur alia bona omnia ab eodem non expectares, qui omnia promisit. Imo necesse est, ut à Deo expectes omnia, si unam rem uere ab eo speras. Voco autem uesperare, & ueram spem, quæ nihil præsidij habet, præter uoluntatem & ueritatem omnipotentis Dei, qui dicit ac promittit, et non mutat dictum. Quāta itaq; res fides est, & quam non cuiuslibet hominis.

IN PROMISSIONEM GRATIAS
fundata est lex, & cur Paulus dicat, legem
iram operari, et de discrimine noui
& ueteris populi Dei.

CAP. XXI.

Quare, hoc primum uerbum & præceptum fons & caput est promissionum omnium. Nam in eo talis promissio gratiæ continetur, quæ una in foedere omnes alias complectitur, & quæ per Christum in nos confirmatur, atcq; amplitudinem regni Christi consernet. Nihil enim per Christum aliud consequimur, quam q; Dominus sit Deus nobis, hoc est.

DE MISSA MATRIMONIO ET

est, adiutor & seruator iuxta utrumque hominem, extra cuius possessionem nihil sit expetendum. Proinde ea promissio terrenis rebus & uerbis proposita spiritualis ac coelestis est, quia Deus ipse coelestis est, & spiritualis & sempiternus, & tamen per opera terrena cognoscitur. Quod si tantum ad terrena quædam commoda se obstrinxisset promissione, fefellerisset nimis credulos homines, qui Dei sermonem, ut naturæ & ueritati eius consonum intellexerunt. Nam seipsum homini diserte addicit. Quod seipsum addicat patet, quia ait.

Ego. Iam ego vox substantiæ ac naturæ est. Quis est igitur qui dicit Ego? Est Deus, unus, uerus, æternus. Quem alloquitur autem Nonne hominem sibi foederatum. Dicit enim: Tuus sum. An non ille quem alloquitur, habet corpus & animam? habet. Igitur dicit, non solum iuxta corpus, sed magis iuxta animam tuus sum. Nam id Dei quadrat naturæ, & hominis prodest compendio. Itaque iuxta coelestem rationem se illis præcipue addixit, quam tamen æternam benevolentiam rebus terrenis plærunt declaravit, & deinceps eodem modo etiamnum declarabit. Tuus inquit sum a Israël, qui ex corpore & anima conflatus es, & quatenus utrique parti conuenit sum tuus.

Anima autem quia prior est corpore, ob id eius in

IVRE MAGIST. IN RELIG. ♂,

us ingenio me potius mancipatū uolo, quām corpori. Et tamen etiam corpori diuina bona ostendam: Totus enim Deus sum tuus, id est, hominis totius.

Quemadmodum igitur propter animam corpus est, sic Deus terrena beneficia propter bona animi largitur. Nam omnia clauduntur hoc termino, ut timeas dominum Deum tuum, quod præstare unius est ex dono Dei credentis. Promisit itaq; donum ad custodiendū præceptum necessarium, qui præcepit quod præstari sine dono non poterit.

Quare certissimum tene, promissiones proprie spirituales esse, & spiritui obseruire, quæ ex parte temporales sunt. Ex quo D. Paulo hæc nata sunt. Christus est finis legis. Lex est spiritualis. Est lex spiritus & uitæ. Item alibi. Lex et Moses scribunt ac testificatur de Christo. Ergo temere & à scripturis alienissimum est dicere: Euangeliū habere gratiā, quæ nullatenus ratione in ministerio Moysi fuerit, Postq; initium & finis ministerij Mosaici ea cōplectitur, quæ proprie Christi sunt. Nam in Christum desinit lex, qui unus circuncidit cor da nostra, circuncisione non manu facta. Initium autē est incomparabilis pollicitatio dīuini fauoris, quæ in primo uerbo exhibetur, Ego sum Deus tuus, cuius caput est attestantibus

Legem esse
spiritualē de-
claratur ex
primo pre-
cepto, et ue-
terem popu-
lū non totū
carnalē esse.

In Moysi min-
isterio etiam
gratia.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

*Christus
principium
& finis legis*

tibus Prophetis, hominibus remissa esse peccata. Sequitur igitur totam legem esse spiritualem, quia à promissa gratia in Christum eius perfectorē, id est, finem spiritualem terminatur, à quo sortitur appellationē, & idem Christus primus deliberanti, de faciendis præceptis offertur. Sic lex data est iuxta exemplum in monte ostensum, qui est Christus, post dispensationem huius humilitatis, in gloria patris. Primus ut loquuntur in intentione, ultimus in executione, in quem omnia intermedia diriguntur. Promissiones igitur ueteres precepit ad animum spectant.

*Promissioes
ad animum
spectant.*

Idem Dominus ipse populo affirmat: Ego inquit sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Exo. iiiij. Hoc dixit sub exitu Aegypti, cum ante seculis aliquot uitam hanc patriarchæ illi deposuerant. Adhuc tamen quia Deus est uiuentū & non mortuorū, illorum Deus erat, & usque manebit. Qua parte igitur hac uita mortui uiuunt, Dominus electorum Deus est. Quid enim apertius quam hic uidere, quod se patribus Dominus non tam pro hac uita carnis pollicitus est, sed etiam pro illa parte hominis, quæ non uidetur, & pro uita quæ sepulcro superstes est. Com普ruerant eorum corpora multis ante seculis, & adhuc Deus eorum est, igitur est Deus eorum.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 67

rum iuxta spiritum quo solo uiuunt, cum corpora eorum sint abolita.

Iam eadem hæc promissio Patriarchæ, his verbis in Mose repetita est, Ego sum Deus tuus qui te eduxi de terra Aegypti, omniscip legis promissio in hanc ceu primariam incubit. Imo lex nihil aliud promittit, quam hanc eandem, & quæ eam necessario consequuntur. Idcirco liquet promissionem legis esse spiritualem, cum eadem sit, quæ Patriarcharum quæquidem spiritualis esse modo declarata est.

Veniamus in rem præsentem. Cur est Deus Abrahæ, quia ita illi promisit. Ego sum deus tuus et seminis tui post te. Iam hæc promissio rata est Abrahæ etiam defuncto & nihil cum corpore commercij habente, igitur spiritualis est. Nec aliud lex pollicetur quam prædicta patribus erat promissum, qd uidebis Exodi. cap. viij. Præcipue igitur spiritualia pollicitur lex. Idem attestantur prophetæ, qui in spirituali legem intendentibus, reprehendunt, externa, quæ sine bono motu mentis fiebant. Hicre. iij. & viij. Esa. i. & nusquam non. Numquam enim consilium Dei intra externa restituit, sed per externa cor præcipue sibi studuit agglutinare.

Quare horribile dictu est, quod aiunt uestrum populum fuisse tantum externum, & causa.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Vetus popu-
lus non tan-
tū externus
est.

causa doctrinæ duntaxat nostræ assumptum;
& quod ministerium Mosi ad spiritum & cor
dis probitatem nihil profuerit , adeoq; cum
totam legem in campestribus Moab repeti-
uit, quæ finem suum Iesum Christum inclu-
sum habet, Deuter. xxx. nihil conatus fuerit
quam facere damnatos hypocritas . Quod
prorsus pugnat cum consilio Dei,cum uerbo
& spiritu legis, cum clarissimis prophetarum
uaticinijs.

Legitur enim Deut. iiiij. Dedi uobis legem,
ut eam in terra facheritis, quæ erit sapientia &
intelligentia uestra coram omni populo, qui
fatebuntur , quod Deus sit uobis cum quoties
eum inuocaueritis. Et quod sint ceremoniae &
iudicia iusta, hoc est, iustificantia. Nam si re
exaudire debet, necesse est ut antea sis iustifi-
catus. Quis enim dixerit, quod Deus exaudiat
peccatores. aut quod aluid iustum sit coram
Deo, quām noua mens nouatiq; cordis pro-
bitas? Sequitur igitur legem si totam confy-
deras, facere uere probum & conferre spiri-
tum, ut quæ Christum includat, luculentas
eius promissiones habeat, ueram cordis inte-
gritatem postulet , & ad eum , qui eam præ-
stat, deducat.

Sequitur quod lex dupliciter confyderetur:
Primum ut pro sua amplitudine accipiatur;

pro

IVRE MAGIST. IN RELIG. 69

prout principium & finem, hoc est, promis-
sam gratiam & Christum includit. Sic lex est
salutaris, & corda purificat. Secundo lex in-
spicitur sine relatione ad principium & finē,
more pharisaico, quando pro præceptis iubet
tibus & uetantibus, atq; pro externa tantum
administratione sumitur, aut interdum pro
missionibus, etiam spiritualibus, citra ta-
men Christum illarum largitorem, hoc est,
cum ratio & uoluntas sine spiritu & sine intel-
ligentia Christi Mosen factis exprimere stu-
det. Ea nihil est quam humana actio, quam
litera mortua, quam ministerium mortis. Ad
eam illud pertinet, lex iram operatur, Lex est
litera quæ occidit: est ministerium mortis, &
commouet omnem concupiscentiam. Nam Quomodo
lex iram op̄e
retur.

exigit iustitiam cordis, quam conferre citra
Christum non ualet. Necq; enim lex sine Chri-
sto ad perfectū quicquam deduxerit, p̄ quem
Christum gratia facta est, ut lex est per Mo-
sen data. Proinde necesse est ut lex abrogetur,
quod locus meliori ac perfectioni ordinationi
detur, id est, actioni spiritus sancti per Chri-
stum, sine ea lege, & sine illis circumstantijs
externis agentijs: Nam ea per se sine alijs adiu-
mentis animum formare non possunt, sed spi-
ritus Christi potest;

I Mōses

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
MOSES CHRISTVM ET VERAM
pietatem docet, similiter & prophetae omnes.

CAP. XXII.

Quidigitur: num Moses suo ministro Christo opponitur? Nequaquam
opponitur, sed eodem Christum implicatum
habet, scribit de eo, testatur de eo, demittit in
eum, tradit ei lani parda, per eum & ipse cōsum
matus est: quin testatus est passurum & resur
recturum pro redēptione nostra. Luc. xxii.
& sic ad Christum pädagogus est.

Quare D.
Paulus legē
reijciat.

Sed quare Paulus in legem adeo inuehitur
Non in legem sanè per se inuehitur, sed ei
us decurtaram & mutilam intelligentiam re
prehendit, & ad falsos pastores maleque pa
scentes istos phariseos respexit oratione sua,
& pares illis pseudapostolos, contra quos pro
gratia Christi dimicationem suscepereat, qui
aut admixtu legis operum obscuratunt. Ideo
nihil eis reliqui in lege fuit, quam administra
tio damnationis, ut qui seruatorem apud Pila
tum negauerant. Insuper iactabant reiecto
Christo circuncisionem & opera legis, quæ
ob id inania & damnifera, quia sine fine & sa
lute. Quid enim illa sine Christo, & cordis re
noua

IVRE MAGIST: IN RELIG 68

nouatione: An non meræ sunt simulationes,
sicut prophetæ subinde clamant: Hoc non ius
si, hoc non uolui, cum educerem uos de Aegy-
pti: nihil de neomenijs, nihil de sabbatis ue-
stris præcepisti: odi ea, ferre ea nequeo: & id ge-
nus. Et tamen omnia eiusmodi dilucide præ-
cepit, & uoluit, ut pro temporis ratione obser-
uarentur, sed nō externe tantū, sed ut spectant
in finem: sed externe non præcepit, ut perse-
cutionis & iustificatio essent, pro ut etiam pro-
phetarum ætate homines abusi sunt, nedum
pharisæi tempore Christi abutebantur.

Errorem eorum ratio arguit. Nam quomo-
do in cogitatione cuiq; ueniret, q; benignissi-
mus pater coelestis per uerbū suum, per foedus Deus non
querit hypo-
critas.
mirificū, per tot; prophetarū sanguinē, duobus
millibus annorum et amplius, nihil aliud que-
suiisset, quam ut hypocriticus & damnatus
populus ad inanem speciem formaretur, qui
olim sub Christo crediturus esset: & inanis
quædam interiorum honorū umbra & Chri-
sti domini figura. Aliud longe de sapientia
Dei communis sensus statuit, aliud agit & p-
sa lex. Ea enim pollicetur, q; exteris quoq; po-
pulis sapiens usu & obseruatione legis futuri
sint. Deutero.iiiij. Et addit causam, ne quis ua-
nam hominum opinionem, sapientiam in-
terpretetur; gentes inquit dictuæ sunt. Quan-
I ij tus

DE MISSA MATRIMONIO ET

tus ille populus est , qui Deum habet appro-
pinquantem sibi. Habere autem Deum præ-
sentem, non est esse hypocritam, sed uerū ho-
minem et Deo amicum.

Ad hæc Moses fidem in Deum ac dilectio-
nem eius præcipue requisiuit, & simul pollici-
tus est, q̄ Deus sit corda populi circuncis-
rus. Quid porro atrocius punit in lege quām
habet obsequium animi & fidem? Nonne per
petuo flagellant, qui pollicitis Dei diffisi, q̄ ua-
nis spebus nituntur, qui q̄ immisericordia, ini-
quitate, ac latentibus odijs corrupti, specie pre-
bent inanem pietatis. Quod ex uulgaribus
concionibus ad plebem, tam Mōsi, quām pro-
phetarum facile cernunt, mediocriter uersati
in sacrīs. Nam ut redditio ex toto corde fiat lex
postulat, Deut. xxx. Deinde ut fiat usq; ad do-
minus Deum, hoc est, ne in rebus medijs re-
sistatur.

Quod corda hominum, et uerum animi cul-
tum prophetarum conciones efflagitarint,
ex eo uidetur, quod semper docuerint, ut ad
unum Deum in periculis confugeretur, ut
uni se homines permitterent, ut in pater-
nam benevolentiam, in uoluntatem illius per-
uerbum eius reueletam, assiduo respicerent,
semperq; exposuerint uenturum regnū Chri-

Tractatio
prophetarū
quæs:

IVRE MAGIST. IN RELIG. 69

sti, cui bonorum omnium consummatoris, cuius
spe atque expectatione indubitate, eos tenu-
it suspensos, quem tamen multi clara fide uelut ex
altatum uiderunt, apprehenderunt & posside-
runt ut resurrectionem & uitam suam. Huc
respexit prophetica tractatio, & hoc ubique a-
gunt, ubique fidei obsequium commendant,
ubi ueram inuocationem suadent, synce-
rumque et uerum cultum uerbis ornant amplius
simis: & audent dicere suaves isti homines, le-
gem esse externam tantum, neque profuisse mi-
nisterium Mosi ad ueram cordis iustitiam, cum
ille nihil aequaque ac illam ipsam promulgata, ex
plicataque lege poposcerit. Quae iustitia ut pro-
missa est, ita per Christum tum occultum, & so-
lum & semper praestita atque praestanda est,
qui nobis in plenitudine temporis in carnem ex-
hibitum est, ac per spiritum sanctum in Apo-
stolis loquentem patefactus. Quare spiritum
sine dubio docuerunt prophetae & quicunque
ueres legales fuerunt iuxta legis amplitudinem,
quaes promissiones praecepit respicit, quia do-
cuerunt ea, quae caro & sanguis non assequi-
tur, & docuerunt ad Christum conseruare. Pro-
inde Christus qui heri, hodie, & ante secula
existens, ut nunc reuelate facit, ita idem eadem
in lege olim & supra etiam legis aetatem, re-
ste efficiebat, quaecunque prophetae de eo splen-

I in dide

DE MISSA, MATRIMONIO ET
dide ceu futura prædixerunt: nam tum uirtus
Christi occulte uiguit, ut nunc in luce Euangeliū
palam exhibetur.

QVOD EADEM FIDES SIT NO-
stra & ueterum, & quod lex & Euangeliū
semper coniuncta fuerint, & Iude-
cis esse religionem curare.

CAP. XXIII.

Eadem fides
ueterū & no-
stra.

Multi ueterum in Domino obdormie-
runt, hoc est, uenerunt ad patrem co-
lestem, igitur ad eum per Christum uenerunt,
nō p̄ operum fiduciā, quæ quidē euānida est,
cū illud semp̄ uerū fuerit, qđ caro & sanguis
regnū dei p̄ se possidere nequeant. Idcirco no-
ui & ueteris populi unus est Deus, unus Chri-
stus, unum uerbū Dei, una salus ac beatitudo.
In circumstatijs tamen externis facta est uaria
mutatio, iuxta cuiusq; temporis rationem, ua-
riaque symbola misericordiæ & diuerſas ap-
pellationes Dei scripture prodidit, ut Deus
qui me eduxit ex Vr Chaldaeorum: Domi-
nus Deus qui eduxit nos ex Aegypto: Deus
qui saluum facit populum suum à peccatis eo-
rum. Rursus promissiones ac foedus erant sub
patribus

Patribus, sub Moze autem lex seu foederis conditio accessit, utrobiq; ex foedere, gratia per fidem accipiebatur. Legis autem caput est, Ego sum Deus tuus qui te eduxi de terra Aegypti. Quæ adiunctio nota & insigne Dei diu fuit. Tandem sub reuelato Euangelio nominatur, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi. Item, pater gratiarum & misericordie &c. Vbicq; tamen omnib; tempore una Dei misericordia gratuito oblata fundamentum extitit salutis, & in omnibus appellacionibus continebatur.

Hinc natum Augustino & Patribus ut dicerent legem esse involutum Euangelium, & Euangelium apertam ac declaratam legem. Quemadmodum consilium refert. In spiritu libus rebus semper haec lex ualuit: Qui uerbo non obedierit, ultiō de eo Dominus sumet. Nam occulta & ab hominum certa cognitione remota iudicia sibi Dominus reseruavit, manifestis sub gladium reiectis, non aliter in Moze atq; sub Christo. & tamen utraq; ipse ulciscitur, abstrusa quidem per se, præter cōscientiam vulgarum hominum: nota autem per homines iudices, & in oculis omnium. Hoc unum interest, præterea q; gratia nobiscum est reuelatior. Lex coercens manū usq; ualeat: & nunquam non fuit Euangelium: malis lex

Lex est in uolutū euangelium.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

nunquam non posita est, æque apud nos, ut
olim in ueteri populo. i. Timo. i. & bonis per
inde gratia liberaliter collata est, atq; nobis
confertur.

**Quod lex in
malis adhuc
valeat.**

Sic natura legis Mosi & gratiae habet, ut
sibi mutuo inserta sint. Quanquam nulla lex
ullo seculo latentem cordis maliciam, & fi-
dem cordis seculari potestati subiecerit, tamē
eam arguit & ostendit. Quia Moses cognitio-
nem Magistratus inter has res crassiores reti-
nuit, quæ iudici corporalibus patent indi-
cij, cui non est, neque ad cor, neque ad interiora
penetrandum sua potestate.

Proinde & nos uim principum ad uolu-
tatem hominum pertingere nequaquam dicie-
mus, sed hominibus interdum prodest ut ille-
cebræ malarū rerum ui tollantur, ne uoluntas
falsa capiatur dulcedine, & impunitate ac li-
centia corrumpatur. Itaq; quemadmodum
Iudex legis, sic omnis inter Christianos Ma-
gistratus necesse habet ea corriger, quæ do-
minus iudicio suo unius reliquit corrigenda,
modo in suam cognitionem uenerint. Quia
**Que in reli-
gione palam
committun-
tur, plectit
Magistratus**
minister dei est, et nomine Dei agit quod agit,
& occulta pridem, quia mala sunt, & nunc
cognoscuntur, sub potestatem cadunt quam
habet, quæ malis terrori esse debet. Iam occul-
tissime admissa per occasionem, per coniectu-
ras

IVRE MAGIST. IN RELIG. 71

ras, & ex consequentibus & effectis in iudicis cognitionem s^epe uenire solent, etiam ea delicta quae ad religionem propriissime pertinent, & quae in arcano mentis recessu admittuntur. Quid dicimus? in cognitionem iudicis? Quin occultata & abstrusa s^epe in sermones vulgi incidentur. Proditur enim quod dicitur bene latuit, plerunq; nouo ac illustri aliquo scelere, quod prioris impunitas & latititia incitarunt. Quia qui semel atq; iterum aut etiam saepius fecellit hominum scientiam, ille ferè considerat posthac se similiter latitetur. Exempla in scriptura nota sunt ut impius ille propheta palam a' deo auocatus: ut frater tentator ac sollicitator aliorum: ut vir mulierue, aut tribus, cuius cor a' Domino auersum ad servendum idolis inclinatur, non sine aliorum corruptela, tanquam radix egerminans fel & abstinthium. Haec facinora & blasphemiae clam fieri solent, & lex iubet ea diligenter inquireti, & deprehensa ultimo affici supplicio, quae tam ad religionem pertinent, & occultissime designantur.

Sic delicta quibus **בְּרִית** Careth adiungitur pleraque sine conscientia admittuntur, quae si interim liquida fiebant, & in hominum notitiam ueniebant, quoniam non expressum erat lege aliud supplicium, uerberibus quam

I v draginta

DE MISSA. MATRIMONIO ET

draginta usia minus emendabantur. Cuius generis sunt ferè præcepta negatiua & ceremonialia, quorum non pauca occulta sunt, & occulta plerunque manent, inuestigabantur tamen ut emendantur diligentia Iudicium.

Hæc communis sensus approbat. Quomodo enim cum ingenio spiritus & natura fidei, diuinaque dilectione, qua prædicti pīj sunt, congrueret patientia contumeliarum Deo ac redemptori suo dictarum, cū germane filius, hominis patris infamiam & ignominiam neutram patienter ferret. Pluris enim Deus pījs fit, quam carni & sanguini naturales parentes. Proinde certum est, credentes haud committent, si est facultas animaduertendi, ut quis cœlesti patri conuicium impune aut dixit aut fecerit.

Gloriæ Dei studium esse illi maius conuenit, cui illius procurandæ maior necessitas & munus amplius impositum est. Neque alij magis iniunctum, ut iniuriam à Deo defendat, atque Magistratui. Qui cum repetit cogitatione, se ministrum Dei esse, & debere prouidere, ut res & nomen domini sui salua sint, non potest non incumbere, primum ut religio & synecra uita restituantur in publicam observationem: deinde ut fidei & uitæ bonæ offendicula submoueantur. Ad officium charitatis

IVRE MAGIST. IN RELIG.

tas Dei & proximi dilectio eos hortatur: cō
miseratio impunitate & licentia malisq; ex-
emplis pereuntium excitat, recordatio susce-
pti muneris ad agendum fortiter impellit.
Quare non temere cessat, insectari mala ope-
ra, neq; fert ut authoritas, quæ Dei vice illi
competit, uicietur ab ordine ecclesiasticorum,
qui relicto ministerio ecclesiæ profanas domi-
nationes ambiunt, suisq; partibus omissis alie-
nas temere inuadunt.

MISSATORES CHRISTVM ATRO
cius negant, quād Talmudici, & quod blas-
phemiae peccata non oblit libertati
spiritus, neq; sit coactio ad
fidem.

CAP. XXIII.

QVIA in uoluntate esse iampridē T.C.
uidetur. Quandoquidem Iesum Chri-
stum eis seruatorē nostrū agnoscis, et publi-
ce p̄fiteris toto isto officio principali, quo illi
us gloriæ feliciter inseruis. Quomodo igitur
ferres aequo animo inficiatores gratiæ illius
manifestos? quomodo qui specie religionis,
& qui pasturam animalium professi uociferan-
tur, non siccet, Christū non esse seruatorem
plenum

DE MISSA, MATRIMONIO ET

plenū, sed esse impostorem & seductorem à
uero legis cultu, & iustum contumeliae in De
um pœnam dedisse, cum in crucem moreretur
Quod conuitij ne blasphemí quidem Hebrei
olim dicere sustinuerint, qui in Massæceth
Nesikin, ubi Dominum Iesum Christum ma
xime deīcere statuunt, solam tamen adferunt
hanc causam supplicij eius, quod Rabinos pa
rum habuerit reuerenter. Quod quidem ue
rum est, quatenus suas traditiones diuinæ legi
prætulerunt. Non dubitamus quin facultatē
pecuniae omnem, ditionemq; immo & uitam
& sanguinem pro gloria redemptoris tui asse
renda impenderes, ne tam scelestus homo ma
festatem Dei impune læsissime uideretur. Tanto
pere agnoscis te ministrū dei esse ad uindictā
malorum operum, ut ista pessima maledicta
Dei, pessimis affligeres modis. Neque iniuria
quidem, nam Cæsaream Maiestatem nemo
nostrum illi obnoxius læsam iri publice tule
rit, multo minus tua pietas ferat in regem glo
riae Dominum Deum nostrum aperte contu
meliosos.

Hanc emulationem hoc studium pro glo
ria Christi quod est secundum scientiam pie
tatis & proprium pio principi Consultor iste
Missa. suavis fortassis uitio dederit. Vituperat enim
institutum abolendæ eius missæ, quæ meri
tum

IVRE MAGIST. IN RELIG. 79

tū ac dona Christi, homunctionū istorum stul-
tis gesticulationibus attribuit, & ex institu-
tione Christi facit opus hominis aliquod meri-
toriū, quādoquidem ei q̄ sine bono motu cor-
dis hanc fabulam saltitantes utcunq; aspicit,
cōcedunt à peccatis iustificationē. Aīunt em̄
spectaculum illud ualere pro peccatis tam eo-
tum qui uiuunt, quām qui mortui sunt remit-
tendis. An non hoc est abdicare funditusq; e-
uertere Christum, & dicere eū non esse, quem
se esse professus est, in nomine domini loquēs.
Nam à patre se missum dixit, ut seruaret mun-
dum: & sic ueritas Dei mendacibus homini-
bus & uanior & profanior esset, ut quae in De-
um esset omnium maxime mentita, & affir-
masset à Domino dictum, cuius oppositum
spiritu suo in Ecclesia reuelasset. Ita ex factio-
ne consultoris statuente ceremoniosa merita
remissionis peccatorum & gratiæ, sequeren-
tur blasphemiae grauissimæ, quales ueteres Iu-
dæi dicere non ausi fuissent, quibus erat plus
frontis & iudicij, quām est hoc seculo consul-
toribus istis principum Christianorum.

Atqui nolumus rem per se asperam durius
exagitare, tantum consyderemus Missam, at
in ea sit ulla prædicatio satisfactionis Chri-
stic: an fides de merito eius populo uel obiter
commendetur? Nihil auditur quam oblatio-
quām

DE MISSA MATRIMONIO ET

quām opus hominis sacerdotis, quām meritā
sanctorum. Facescat igitur ab aula Christia-
ni principis ista hominis mali consulti impu-
dens planēq; ethnica pūicacia:nā sibi ex p̄fes-
so & intrepide studio ducit, semel omnē synce-
tioris religionis curam ex electorum pectori-
bus profligare, quæ plane p̄fligata iacet prin-
cipali pietate subuersa. Principe em̄ perperam
sentiente, quæ simplicis ueritatis uirtus in ru-
dibus ualebit? quę disciplina? quę honesti op̄i-
nio? Neq; uidemus quid aliud tam imp̄ijs con-
silijs querat Satanás. Nām recte non sentit de
Deo, qui ueritatis sententiam non defensam
cupit.

Fides libera,
ubi blasphemie puniuntur.

Auditur uulgare illud: Fides est libera, ne-
mo ad fidem cogendus, tyrannis conscienciarum grauissimum tormentum est, & id ge-
nus. Hęc omnino uerissime dicuntur, si ex ue-
ro animo. At nos authores esse nolumus, ut
Celsit. T. quenquam ad fidem adigat. Nam si
des est donum Dei spirituale, & non huius cō-
stitutionis: non uidemus igitur quomodo il-
lam alius iubere, alius autem viribus suis ceu-
dicto audiens ut est imperata, protinus præ-
stare poterit. cum minuta illa quæ nobis in
manibus esse uident̄ nō semper ex animi sente-
tia possimus? Adeo euentus rerum à Numi-
nis prouidentia omnes pendent, & uoluntas

ipsa

IVRE MAGIST. IN RELIG. 74

ipsa modum sibi ponere nequit, qua repugnante bona facta saepius falso assimulamus.

Quid igitur agitis tam accurata inquis responsione? Hoc unum, illustrissime princeps omnibus neruis efficere admolimur, ut pius Magistratus sciat terrori se esse debere male agentibus, & eum officij sui partes neglexisse, si locum & occasionem permittit leuitati eorum, qui conuicia dicunt in gloriam Christi, quicq; cum eius contumelia scelerate flagitior secq; uitam publice transmittunt. Nam haec abarcere, est abarcere malum è Repub. quod est munus proprium pio Magistratui.

Hoc autem non est ad fidem cogere, sed est perfidi nihilq; credentis amentiae & intemperantis libidini aditum ad mediocriter bonos præcludere, quo minus fidei uitæq; corrup-tela, in contumeliam Dei & Christi latius difundatur, est prohibere offendicula, est defen-dere in Republi. quod bonum est, & extirpa-re quod est malum, quatenus quidem externū & externe iuridictioni id mali subiectum pioq; principi exploratum est. Nam dum latent & ordinaria uia indagari nequeunt, nihil ad principem pertinent. Hoc qui fieri ueritat pariter uetat, ne Christianus Magistrum omnino gerat, quia Christianus non potest non asserere pro uirili gloriam Dei serua-toris sui.

Iudai-

DE MISSA, MATRIMONIO ET
IVDAICVM MINISTERIVM EGIT
pro uera fide, & deritu alienigenam in Iuda-
ismum inaugurandi fideiq; li-
bertate uetrum.

CAP. XXV.

Iudei uerā fi-
dem à noui-
tio quæfie-
runt.

Vetus Ecclesia neminem ad fidem ade-
git æque ac nos, sed allophylon Iudaï-
mo nomen daturum examinarunt primores
Ecclesiæ summa cura ac diligentia, collatis
optime circumstantijs, ut uiderent num reue-
ra id ageret, num serio pollicitationibus Dei
lege Mosi conclusis fideret, & utrum uolunta-
tē haberet seruandi precepta nec ne. Quod si
quando externis causis adactum esse quenpi-
am ad simulandū Iudaismū intellexerunt, eū
non admiserunt ad circuncisionem, donec cer-
tis argumentis rei q; euidentia declarasset, se
esse factum mente meliore. Sic traditione illo
rum cautum erat, quid autem factō præstite-
rint, nunc non disputamus. Nam grata Christi
per mare & aridam circumierunt, ut facerent
unum proselytum, & cum esset factus, fece-
runt eum filium gehennæ duplo magis quam
ipsi erant. Atqui ius erat, de iure enim & non
de facto disputamus, ne inexploratus admit-
teretur ad circuncisionem, ob cauendas pestes
Ecclesiæ

IVRE MAGIST. IN RELIG.

73

Ecclesiæ maledictos hypocritas. Lexigitur
& administratio ueterum etiam apertam reij
ciebat hypocrisim, sed occultam ferebat, do-
nec euidentius aperiretur.

Quamobrem in circuncisione alienigenæ Ritus *india*
& Ethnicā uitam & cōmoda eius, & ex ad- *gurandi ius*
uerso q̄ arduū legis iugū esset, in hunc modū *daismo homi*
memorarunt. Hactenus fuisti liber, & licuit *nem Ethniū*
ut quolibet cibo uescereris, ut quiduis quoq̄
tempore, prout uisum, ageres: iam erit his &
his rebus abstinentium erit custodiēdum sab-
batum, non uestiendum duplī &c. graui-
ra enim ac leuiora aliqua ex præceptis expo-
suerunt. Addiderunt & hoc tandem, Iudæos
haberi uniuerso orbī ludibrio, esseq; cum pri-
mis exosos, mirum uideri cur Iudaismum reli-
gionem, tam infestam, tam execrabilem muri-
do, homo liber & mundo non ingratus expe-
teret. Ad quæ solemnis responsio eius qui cit-
cundendus, hæc erat, Evidem & si alie-
nigena sum, noui tamen Deum, & scio quod
futurum seculū electis, hoc est, Israelitico po-
pulo duntaxat apparatus sit, quibus bono
erit, quod hic adfligantur, quo in altero mun-
do suam felicitatem certius expectent, de quā
nihil p̄ terrenā felicitatem decisum sit. Cum
eis opto esse hic abiectus ac miser, ut eorum
gloriæ ac diuiniarum siam alibi parti-

K cepit

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ceps, quæ sunt in sempiternum duraturæ.

In hunc modum in uitam & mores Iudaismo initiandi inquisuerunt, ne qui priuato & noxio affectu adducti, publicam & salutarē profiterentur religionem, & ne sic per simulationem irrepentes, existimationem Dei & Ecclesiæ apud Ethnicos impia uita læderent pietatem professi. Ex quo deinde factum, ut ac securum erat esse Iudæum, magnum concilium eorum, quod Senhederin nominant, circuncisione neminem alienigenam inaugura- ret, ne quam forte de se suspicionem præberent, quod aut pompa florentissimi regni ille- cti, aut metu eius deterriti legis iugum subi- fissent. Eius rei memoria in antiquitate He- bræa extat. Verum priuatis aduenas circum- cidere potestas erat, ne cui petenti, salutis certi- tudo negaretur, quæ ex sacramentis maxime circuncisione, & reliquo studio legem faciendi pendebat: sicut uerbis & signis de beneuolen- tia sua nos facere certiores Deus semp est so- litus. Hoc em̄ habet uerbum Domini, Gen. xvij. de circuncisione presertim. Cur priuatis permiserint, quod moderatores Ecclesiæ & Reipub. non usurparunt? Ideo opinor quod publice gesta, & tantæ grauitatis senatoriæ voluntas publice fuisset iudicanda & uitupe- randa

IVRE MAGIST. IN RELIG 78

randa, quasi speciei magis quam ueritati stu-
duissent. Priuatorum autem uicia, si quæ inci-
dissent, ut error & cupiditas aliqua, ex aduer-
so aut neglecta penitus, aut si animaduersa,
fuissent excusata facilius.

Quare nullam in fide uim admisit antiqui-
tas, sed fidei libertatem summe commenda-
uit, æque ac nos Christiani, & liberum quoq;
religionis professorem poposcit, inuitum & si
mulatorum apertum reiecit. Hoc sumus pro-
pterea fusius prosecuti, quod aduersarium cō-
siliū toties crepat, nobis fidem liberam esse
debere, eoque ab Ecclesia segregandum Ma-
gistratum, qui ui ac metu terret, ueterum fidē
seruilem & coactam postulasse potestatem
externam, ut quæ in externis sita, & externe
contineretur. Quod quidem uanissime dici
tur, quia ad fidem profitendam nunquam
quenquam adegerunt ueteres, quod iam ostē
dimus, adeoque humano impulsu consilio,
& cupiditate aliqua laborantem sinistra, gra-
uiter ab adeundis mysterijs repulerunt, quod
fecerunt cura ac diligentia multa, ut qui non
nisi mente pura liberaque donum Dei accipi-
endum censerent.

Verum si quis animum peruersum indui-
set, postquam semel fidem libere professus fue-
rat, ab eo iuxta scripturæ ac naturæ ordinatio-

K ij nem

DE MISSA, MATRIMONIO ET

nem metu suppliciorum impetrarunt, ne suo
exemplo laderet alios, eocq; ad legem, & ad
fidem externe prestandam inuitum coegerunt.
quatenus id ordinario Ecclesiæ flagitabat, id
q; non sine grauissima causa. Cur enim in ciui-
tatem acceptus aduena, Reipub. ac priuatorii
ciuium salutem impune labefactaret. Ciuem
perniciosum non ferunt Ethnici, & ferenda
scilicet seruis Dei pestis tanta. Corpora ciui-
um à malis hominibus libera esse leges uo-
lunt: & Ecclesia mentibus per Christum re-
demptis tantam peccati propè dixerim necel-
litatem à prauis animis affterri sineret: quæ
istud ratio dictat: quæ lex iubet:

Diximus antehac quomodo ueterum fides
seruulis, nam ad externas circumstantias per
uerbum Domini erat alligata, sicut & cultus
solennis multis obseruationibus tum alliga-
tus erat. Iam nostra fides libera est, propterea
q; nullis rebus temporarijs implicita est, quæ
quidem per pœnitentiam à Christo peccato-
rum remissionem consequitur, sine lege ope-
rum, Sola fides etiam in uetere populo Chri-
stum uitę authorę, pura mcq; gratiam accepit,
& de acceptis donis habuit gratiam, qui idem
est cultus noui testamenti unus atq; æternus,
quia in animo extra perituras res consum-
matur.

Marti-

IVRE MAGIST. IN RELIG.

MARTINVS LVTHERVS DO
ctor libertatis fidei.

CAP. XXVI:

AD hunc cultum, & ad hanc fidei liber-
tatem reparandam cōtra pontificias **Martinus**
cōstitutiones tot annis per antesignanos et co **Lutherus**:
lumina renatæ pietatis acerrime pugnatum **Vuitenberg**
est, maxime per D. Lutherum hominem Dei **enfis acadē-**
seculis omnibus commemorabilem, qui ut u-
nus hostes ueritatis fortissime deiecit, ita Chri-
stum sine exemplo à memoria omnium æta-
tū præclarissime explanauit: cui tacitis calcu-
lis aduersarij subscribunt, & orbis hanc illi lu-
cem renati Euangelij præcipue debet, & om-
nis pariter posteritas non immerito acceptum
feret. In quo beneficio Philippum Melanch-
thonem, cuius rara doctrina, eximiaq; pietas
nō minus euangeliū quam bonas literas ad
ornauit singulariter, & cæteros scholæ **Vuit-**
enbergensis proceres, suffragatores & adiu-
tores habuit. Quem & celstido tua exclu-
brationibus suis cognitum præ alijs uenera-
tur, & suspicit. Hic nos quoq; libertatem chri-
stianam primus docuit. Nam ante illum et si
aliqui uersati essemus in Augustino, propter
authoritatem Ecclesiæ, & doctrinam ut tum
K iij erat

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Lutherus
dux renatae
doctrine pie
tatis.

erat, nihil certi tenuimus, sed oīa erāt tenebris
inuoluta. Itaq; libertatem christianam nos ue-
re Lutherus docuit, quod ab eo eius certi-
tudo nobis primum sit demonstrata, nobis
inquam qui animis & professione pares, sed
ingenio & usu rerum spiritualium multo infe-
riores sumus. Nam sunt, qui forte, ut uide-
ri uolunt, eius donis & ministerio nō adiuri-
sunt, neque nunc indigeant, ex se apti ad om-
nia. Pro hac fide ac libertate christiana his an-
tis, in hac præsertim uicinia, tot egregia pecto-
ra mortem ad laudem nominis Christi sempi-
ternam fortiter oppetierunt. Libertatem igi-
tur fidei & spiritus libenter concedimus, sed
negamus ob id confieri, ut licentia carni ad
flagitia & blasphemias sit danda.

Hactenus Missa, hoc est, opus hominis ex-
piauerat peccata, cantiones ociosorum tem-
plariæ in hoc uulgo conduixerant: condona-
tiones Romanensium, & Episcopales nun-
dinationes peccatorum erant remissiones: sine
clauibus Euangelicis & à poena & à culpa
claves pontificie liberabant. Itaq; deuoto cor
de hanc Christi libertatem præeuntes imitati-
nos quoq; usq; adseruimus, reiectis constitu-
tionibus humatis, quatenus sibi ius uindicare
in conscientias. Necq; cuiquam mortaliū hanc
fidei libertatem scientes prodemus. Quin da-
bimus

bimus operam ne cui ullam cesserimus occa-
sionem, ut in nobis situm est, contumelias di-
cendi deo, & lèdendi obscoena libidine sim-
plices : atq; omni conatu incumbemus ad
commonefaciendum Magistratum, ut me-
minerit quantum curæ insumendum sibi ad
ueram religionem cum synceris moribus tam
instaurandam quam conseruandam. Sicut &
nemo sanctorum unquam quicquam diligen-
tiæ pro modo uocationis suæ omisit, quo blas-
phemiaæ & exempla malorum in populo cui-
tarentur. Nam maledictus qui facit opus Do-
mini negligenter. Nisi dixerit pius iste consul-
tor, non esse opus Domini, quod Magistratus
pro gloria dei fecerit, aut non esse negligenter
agere, cum studium & industriam excolendi
plebem uera pietate, a se reiecerit, a cuius ma-
nibus pereuntium peccatorum sauguiinem se
requirere Dominus minitatur. Ezech. iiiij.

Postquam aduena circuncisione & baptis-
mo, foederi ac legi accitus, inductusque fuerat,
certum est postea ad legis obedientiæ poena-
rum metu externe adigebatur. Non enim li-
berū amplius illi fuerat, legem foris nō præsta-
re, & si modus erat in cogendo, quo minus li-
bertas conscientiarum erga Deum, & electio-
nis propositum cursusque gratiæ per coactio-
nem immoderatam impediretur. Modus au-

K iiiij tem

*Cur legi in-
auguratus
ad eam factis
exprimendā
adigebatur.*

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tem hic erat, ne temporaria potestas interio-
rem fidem, & uerum erga Deum amorem im-
perio regeret, sed duntaxat ut foris apposite,
res ad animum in Deum ædificandum gerere
tur. Nunquam enim de pollicitationibus Dei
apud seipsum diffidentem, ulla tentarunt pœ-
na afficere, si citra offendiculum proximi, &
intra cordis arcana incredulitas restiterit. Nā
ut suo unius periculo Deo diffidit, occulte in-
credulus, ita non publica pœna emenda-
tur. Quomodo enim peccatum nondum cer-
to animaduersum scientia Iudicis certa cor-
rigeretur. Neq; tamen relinquebatur in pecca-
tis, sed ecclesia per uerbum prædicationis &
reliquas partes ministerij sui, eum ad frugem
studuit reuocare meliorem. Quæ res pro co-
actione & externauia habenda non est. Qua
in re uetus ecclesia plurima fuit, nec ea uiri A-
postolici uehementi diligētia sunt inferiores.
Verbum enim Domini, cum iram diuinam
præuaricatoribus, & beneuolentiam officiose
obsequentibus ante oculos ponit, magnam
sane uim admouet, non in hoc tamen ut inuiti
simulemus religionem, sed ut ex inuitis ad gra-
tiam capescendam uolentes cupidiq; redda-
mur, prout est natura uoluntatis, ut rectam
rationem ceu reginam subsequatur. Quis ne-
scit quod ad mentis humanae arcem expugnan-
dam,

IVRE MAGIST. IN RELIG. 79

dam uiri dei omnes adhibuerint machinas, q
en cor uoluntarii cōciliare Deo satagebant,
& inuitum & fictū rejciebant. Verum, quia
cum eis p legem & externas circumstantias
Dominus egerat, hominum obsequium gra-
uissimis poenis exegerunt, ut qui de externis
idest, de ihs, que propria sunt magistratus, uer-
bum Domini certum habuerint.

Longe nobis est alia ratio hac in parte, qui
bus nihil externi praeceptum est, quantum ad
cōscientiam attinet edificandam, nisi id quod
dilectionem proximi exprimit suo tempore.
Habemus tamē sacramenta, quæ quidem par-
tim externa sunt, sed utenda uolentibus dona
ta sunt, non inuitis. Ea si quis sumenda promi-
scue præcipit, prorsus profanat, authorcq; est,
ut Dei nomen tam exhibentes, quam repug-
nante animo recipientes in uanum assumant.
Nolumus igitur audire cap. omnis utriusq; se-
xus &c. quod præcipit confessionem ad tem-
pus pascatis.

BAPTISANDI SVNT INFAN-
tes, & quæ sit coactio fidei.

CAP. XXVII.

Infantes nostri non tam parentum quam
Reipub. sunt, quos Magistratus ut baptis-
K v mo offe-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

mo offerantur merito cauet. Ne quis hinc stru-
at calumniam, tanquam coactio id esset, contra
libertatem fidei. Fundatur enim id edicti uerbo
fidei. Quia huic populo pro infantibus pro-
missio pariter facta est, cui pueros parentes
non sibi signunt, sed ecclesie. Alioqui liberos
malorum parentum esse extra cœtum ecclesie Mo-
ses duxisset, & filius portaret patris iniquita-
tem. Sed & nos nomen Dei in uatum assume-
remus lauacrum regenerationis promiscue
impertiendo oblatis, immo etiam adultis acce-
dentibus, adeoque Apostoli ipsi admittendo il-
los qui reuera ex eis non erant peccassent in
Verbum.

Proinde nos enim qui olim notis impietatis
cognoscatur, et forsitan ex haec nunc est apud de-
um iudicatus, baptismo insignimus, & pro e-
lecto Dei habemus, donec iudicium Domini, iu-
xta uerbum appruerit. Nam iudicandum est
nobis intra modum Verbi Dei, quod sequen-
tes non erramus, & si nondum assequimur, ulti-
mum Dei consilium. Sic Isaac Iacobo natu-
minori electum Esau uelut præelectum a do-
mino insciens præterulit, connexus ordine Dei,
quo primogenitus tum cæteris præferebatur.
Nam uerbum hoc, maior seruiet minori non
amplius animaduertit. Sic iudicabat, donec
se maledictorum Canaanorum affinitate non
contami-

cōtaminauerat, quia primogenituræ ratione ex ordine diuino, ut debuit aestimauit. Itaque promissionem nos quoq; ordinate iudicando sequamur, à qua tamen occulta ratione Dominus interdum discedit, quod nunquam sine reuelatione sciens, nisi tandem ab effectis animaduersum. Tū sequentes uoluntatē Domini patefactam æquo animo quicquid euenerit amplectamur. Nam fide tenemus ab omnipotente patre existere omnia, quæ existunt, quid igitur nosturbaret res præter opinionē nostrā cadens, nisi quatenus dominus ad nos uult attinere. et p eam nos commoueri.

Veteres igitur adultos adegerunt ad legem operum, Euangelium aurem neminem ad se inuitum trahit, quia cor paratum ad gratiam suscipiendam pertinet. Rursus obijcunt, frustra esse baptismum infantium, quod illi inuiti baptizentur. Nam baptizantes, uerbo domini certo nitimus, cum Christus sibi offerendos esse facto, nedium uerbis docuit. Sinite inquit eos uenire ad me, talium enim est regnum cœlorum, & allatos studiose ampliatus est, & sua eos dignatus est benedictione. Quare parentum charitas immo Ecclesiæ cura hoc uerbo & facto Christi nixa eos adfert ecclesiæ, cuius minister obsequens iubenti Domino, oblatos ad benedicti

*De infantis
baptismo.*

onem

DE MISSA, MATRIMONIO ET

onem Christi, hoc est, ad baptismum admittit, quo Christus idem quod olim benedictione, nempe salutem animæ in Ecclesia exhibet. Non enim benedicit nisi pro natura officij sui, neç aliter baptisat. Officium autem eius est seruare quod perierat. Si seruatorem professus, aliud ageret alicubi, luderet parentum simplicitatem æterna ueritas, q[uod] pueros sibi offerri suu[r]t sua uirtute benedicendos, & in mortem suam baptisandos ad remissionem peccatorum. Ita sane non aliud est renascentia baptismi à Christi benedictione, quæ quidem collatio doni eius, & lauacrum regenerationis et induitio Christi est, si non ludibrium est. Nā à principe quod principis, à priuato quod priuati, & à Christo petitur quod Christi est.

*Cur nulla
coactio in fi-
de Christi es-
se posset.*

Sequitur perspicuum esse ad externa opera per conscientiam Christianum cogi non posse, uel impropre de coactione loquendo, quia nihil externi in mandatis accepit, à quo gratia pendeat, quandoquidem nullam legem à qua gratia pendeat, nisi illam spiritus & uitæ habet, ad quam unam consequendam toto pectore contendit. Promissionum sane participes sumus facti sine lege, & sumus liberi à lege uniuersa per spiritum Christi, quo minus ea nos accuset, ac damnet, ut qui gratiam sine lege operum ex dono Christiliberali

IVRE MAGIST. IN RELIG. se

berali consequimur. Hoc mysterij ueterem
populum latuit, quibus tamen Christus non
erat peritus ignoratus, sed in eius aduentum
omnes p̄ij suspensi erant, eumq; uotis omni-
bus expectabant reuelandum in plenitudine
temporum.

DE CONCILIIS ET TRADITIO-
nibus hominum, & scripturæ ueteris utili-
tate, & quod hypocrisis non fiat
ex Magistratu.

CAP. XXVIII.

NE^Q priscis fas erat mutare uerbum
Domini suo arbitratu, sed obsequiū *Concilia nō*
plenum ab eis reposcebatur, cur nobis ad obe *possunt mu-*
dientiam fidei uocatis eius mutandi licentia, *tare uerbum*
cur ulli hominum congregationi permettere
tur? Liquet igitur nullius Episcopi, nullius
Papæ, nullius concilij cocomenici potestati
Verbum domini subiacere, quod quidem om-
nibus omnium hominum rationibus neq; un-
guem latum concedere debet, cum nemo pos-
sit uoluntatem Dei aperire, nisi Deus ipse,
quæ quidem uerbo suo ostenditur.
Errarunt Pharisei, quod propter traditio-
nes suas relinquenter legem Dei. Non enim
proprie

DE MISSA MATRIMONIO ET

Quæ humana traditio-
næ male. propriæ malum est habere traditiones, sed eas anteferre uerbo Domini, & pro cultu uenditare prorsus impium est, atq; utinam utrach; in reculpandi non essent aduersarij nostri. Nam diuinæ gratiæ in Christo iuxta promissiones exhibitæ, cum doctrinas hominum, tum uoluntarios cultus Dei, perpetuo præponunt, quamdiu ad sui fiduciam uanaç; præsidia operum conscientias toto ministerio suo publice abducunt. Quæ una causa est huius grauissimi dissidij in Ecclesia, nam ad syncretitatem Christi prouocantes, isti diris omnibus deuuent.

Præcepta ad iuuant liberatatem. Veteres, ut se quotannis ter Domino susterrent, & ut legem prælegi audirent publicis penitentem alligatam q; brachio sinistro gestarent, ex ipsa lege cautum erat. Id genus multa compulsi obseruarunt, quo eis perpetua esset admonitio de lege sponte præstanda. Itaque præcepta eiusmodi libertatem spiritus nihil obscurarū, sed ueram animi promptitudinem potius excitarunt, & excitatam, uigentemq; tutati sunt. Nam plerunq; uulgs licentia in peius abiit: facileq; est intelligere quod plurimum adiuuerint fidem & libertatem. Quis enim nescit, quod ordine assuetudineq; præceptorum

torum spiritualium, formetur homo quodammodo ad fiduci syncretitatem equabilius exprimēdam. Sic esse usus atque experientia testis omnium certissimus comprobat, cum uoluntas consuetudine excitetur, & intermissione excidat. Nō perperam facimus quod uirgis cedimus liberos nostros, si nō rite precantur, quos tamen uolumus esse spontaneos Christianos, & in spiritu & ueritate adorare patrem. eaque seueritate eos Christo tradimus, in nouam creaturam spiritu absoluendos, qui sibi permisit uitiosa licentia sub iugum Satanae raperentur. Neque hoc studio educationis reluctamur, sed suffragamur libertati Christianæ, quæ in mente hoc est amplior, quo in carne seuerioris disciplinæ necessitas obiicitur.

Hinc D. Paulus ait, idoneam esse scripturam, id est. Mosen & Prophetas, ut doceat omne opus bonum, idcirco & ipsam fidem docet, quæ eadem gladium ad religionem tuendam instruit seu liberæ fidei propugnatorem.

Quanquam sine spiritu pleraque gesisse veterum uulgas uidetur, credimus tamen crebras legis admonitiones, splendida sacrificia & reliquias templi pompas ad ueram adorationem uehementer incitasse, eos qui Dominum timuerunt, quia sunt iuxta uerbum Domini ad hoc, ut excitent institutæ. Cuius rei documenta

DE MISSA, MATRIMONIO ET

documentum in Davide uidere est, qui gau-
dio plenus ad atria Domini festinauit, neque
cur rationem requiras. Quem enim pietate
mediocriter affectum non inflammaret præ-
sens diuinorum signorum intuitus, quibus
Verbum Domini tanta regni celorum arca-
na adumbrabat, quæ quidem plurima in tem-
pore tum uiguerunt. Ea uero omnia in hunc no-
strum Christum semel prospectarunt occulta
quadam pro illis temporibus ratione, quæ admo-
dum eadem in plenitudine temporum, ad lu-
cem ueritatis perducta sunt.

Ad hæc docuimus, quod neq; lex, neque pi-
us magistratus hypocrisie per se unquam pro-
mouere studuerit, sed pœnis ac metu carnem
debilitantes pro uirili fecerit locum spiritui li-
beriorem, sicut euenisce sæpen numero usu com-
pertum est, legibus enim et cogitatione rerum
acerbarum, quæ immorigeros ob peccata ma-
nent, deiicitur carnis confidentia, ne nimium
audeat sibi derelicta.

At lex inquit iram operatur. Agnosco sen-
tentiam Apostolicam, sed illam operatur in
carne, in ueteri Adamo, & in homine quæ car-
nalis est. cui quia seipso damnatus est, etiam
Apostolicæ exhortationes iram in deum com-
mouet, quamuis charitatis dulcedinem inclu-
sam tenent. Animalis enim homo spirituales res
fastidit

Lex iram o-
peratur.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 83

fastidit et odit. Ecquis exhortationes Christianas dixerit cum libertate mentis pugnare? Quin uerè dixerimus, non præcepta & exhortationes, sed illud ipsum effrene carnis ingenium cum libertate pugnare, quod rebus bonis & ad salutiferū fidei obsequium inuitatibus extimulatur ad iram. lex Dei bona est & salutaris. Itaque non est, quam ob rem existemus legis obligationem, que uerusto Adamo inuisa est, illustrata Christo mentem in servitute redigere, sed ea corpus peccati premier & interficit, non spiritum illum fidei & libertatis. Quia Apostoli legis seueritatem animis inculcant, quo caro terroribus deuiciatur, quæ cum secura est, spiritum impedit. Ex quo fit, ut una cum lege prædicens gratiam Christi, quæ peccata resipiscenti condonat. Itaque legis doctrinam reprehendentem impios, non raro sequitur tranquilla conscientia, quæ nunquam tranquillatur, nec per Christū ipsum, nisi in se procellis desperationis prius conturbata fuerit. In mundo, ait seruator noster, afflictionem, in me autem pacem habebitis. Quemadmodum enim castigationes Apostolicæ mœrorem nemini ob id incutiunt ut mœreat, sed ut mœsticia si est sibi conscius resipescat, sin fide stat ut exercitus, fortior efficiatur: ita legis increpationes non iram.

L com

DE MISSA, MATRIMONIO ET

commouent, ut obnoxij legi aduersus Deum
excandescant, sed hoc agitur utrobiq; ut post
moeorem & iram mentis securitas suboria-
tur.

In lege et E-
uangelio idē
ius gladij.

Ergo per oīa par est in utroq; populo ius
gladij, quod est, p̄m̄ium tribuere bonis, &
metum inferre malis factis. Nam formidine
pœnæ deiecti peccatores, ad Christum erigen-
di demittuntur, maxime si Euangelij doctri-
na una p̄d̄icatur, uariæ enim uiæ ad animi
uirtutem sunt, omnes tamen in unum Chri-
stum terminantur.

Sub uerbo
crucis etiam
sunt hypocri-
ti.

Sub ministerio legis et sub crucis uerbo plu-
rimi latent simulators. Id nemo negat, sed isti
nec per legem neq; per Euangeliū iusti esse
pronunciantur, uera nimirum iusticia, quam
Deus respiciat. quin tales æquabili uerbi dei
authoritate nullo non seculo reīciuntur. Nam
utrumq; testamentum tanta asseuerantia cor-
poscit & reprobat inanem assimilationem:
utrumq; certum est, ueritatem cordis promo-
uet & exigit, sed ex malitia nostra accidit ua-
nitas hypocritos, in legali populo ex lege,
sed in Euangelico sine lege, ex liberis quoq;
exhortationibus.

Ergo Consultoris collectio ualde inepta
est. Ex Magistratus studio uerbum euangeliū
promouentis nascuntur hypocritæ, igitur à
uerbo

IVRE MAGIST. IN RELIG. 84.

uerbo seruando & adornando sibi temperet,
uitetq; de publicis flagicij, atq; abominatio-
nibus in religione, pœnam sumere. Eadem em-
opera sic collegerit. Ex uino sequitur ebrie-
tas, idcirco uinitoribus interdicendū ne post-
hac uineas colant. Nam o bone, cura Magi-
stratus hypocrisin haudquaquam commen-
dat moribus populi, sed hoc demum agit ut
uerbo ueritatis uigente, Christiani ex ani-
mo & expeditius reddamur, sublatis ē medio
publicis istis remoris offendiculorum. Sic ui-
neas colimus ad salubritatem stomachi uino
mediocriter sumpto comparandam, ex uitio
immodice id ingurgitantium, ebrietas existit,
quam bonæ creaturæ Dei quis mente sanus
imputauerit.

Adhuc uero multo ineptius additur, quod
uigilantia Principis, uerantis contumelias in
uerbum Domini obsistatur, quo minus ani-
molibero se tradat populus in obsequium uer-
bi. An obstat obsecro uerbo Domini uolenti-
bus obsecundare is qui dat operam ne id pub-
lice male audiat, hoc est, an repugnet ille qui
diligentia multa effecerit, ut uulgo intelligere
tur cur & quatenus, quoque fructu ei sit obse-
quendum, quod intelligitur cum execrationi
bus repurgatis uerus cultus instituitur, ueraq;
inculpate uiuendi præcepta æduntur, cum se-

Magistratus
fidem non im-
pedit.

L i ueris

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

peris exemplis in prævaricatores. Vbi frons
igitur? ubi pudor? Quis non planissime uide-
cum, qui impietatis ac scelerū exempla ē pub-
lico tollit, & author est, ut uerbum prædice-
tur sanam doctrinam pro uirili defendere at-
que propagare, & pro suo modo iusticiam cor-
dis interiorem adiutare uehementer, quia or-
ganum admouet, quo illa efficitur, & aufert
quæ impediunt obstantia. Quæ quidem iusti-
cia cordis à Christo per uerbum prædicatio-
nis concipitur, quod bonus princeps splendi-
de ac synceriter, ut in ipso est, prædicari & re-
uerenter audiri procurat.

Hoc sentit credo consilium, puram liberta-
tem spiritus adferre eum, qui blasphemias in
uerbum Domini & obsceña flagitia publice
præmijs afficit, postquam pro illius opinione
seruitutem inducit scilicet, qui legitima ani-
maduersione impias execrationes & scele-
ratam uitam prohibet. Nam huc uergit to-
tus cumulus argumentorum eius: Neq; prin-
ceps partes Dei propterea inuadit, quod pietà
tempromouere sibi sumit, prout externis re-

Efficacia mi-
nisterij uolū-
tati Dei ni-
hil derogat.
bus annexa est. Fac enim Magistratum haud
ignavum bonis ac pijs conatibus esse patro-
num, adhuc tamen in manu Domini erit sim-
plicissime, ut Paulo plantante, & Apollo irri-
gante det incrementum, prout ipsi et quousq;
ipsi

IVRE MAGIST. IN RELIG. 89

ipſi uisum. Cooperamur quidem Deo, sed ita ut opus totum illius maneat. Nihil est Apol- lo, nihil Paulus, sine ope Dei, & Magistratus seueritas pariter nihil est, si desit qui solus est Dominus regni. Ob id tamen neque est cur apo- stoli cesserent, neque quare alijs officium cedat magistratus, sed scriptura uult ut uterque partes muneric sui persequantur, quas a precibus au- spicentur, quo operi eorum Deus benigne fa- ueat. Hoc pacto tam Verbi minister, quam Magistratus cooperator agriculturæ Dei, or- dinataque uia ad publicam salutem habebitur, & si gladius infra dignitatem uerbi Dei lōge subsideat, resistit enim in externis, sicut uerbi ministerio æterna & interiora bona proprie- ac præcipue nobis offeruntur & condonant.

Quod si qui Magistratus ac uerbi admini- stri persuasionem populo sinerent inolescere, totam salutem in externa duntaxat disciplina ac uerbi simplici auditione sitam esse, prorsus impie & contra Euangelicam doctrinam fa- cerent. Verum fratres nostri qui sub Cel. T. Christum docent, tuam ceu principis opem in hoc requirunt, ut submotis offendiculis uera cordis iusticia plebi procliujuſ tradatur, per virtutem ministerij ecclesiastici, cui Christus cū spiritu suo semper adest, si quidem ad insti- tutionem & iuſsum eius respicitur.

Hypocrifis
uituperatur.

L iiij Cap

DE MISSA MATRIMONIO ET
CVR ACHAB DICATVR IMPIVS
*princeps, quomodo Iudeis Ethnici, sine of-
fensione ecclesiæ cohabitarint, &
quid sibi Cæsares in religio-
nem occuparint.*

CAP. XXIX.

*Cur Achab
impius.*

REx Achab impius merito habetur, qui tamen legi prælegendæ ac seruandæ sua presentia solennem authoritatem adiunxit, sed nondum serio faciebat, quod erat p̄ij principis, & si optime Rempubic quantum ad tranquillitatem attinet publicam, administravit, cuius conseruandæ studio Damascenam aram in templum Dei intulit, quo Syris esset, quamobrem cum ipso pacem colerent Constantius, tanquam à suis sacris non abhorrente. Totus in hoc erat ut populo pacem ab hostibus redimeret, neq; religionem uidetur tanquam rem seriam coluisse, et si id grauerer prætenderet, sed ut ea illi via & ratio esset parandæ tranquillitatis. Non tentabo inquit Dominum Deum meum. Nam periculi meus uanum cor eius circumegit in omnem impietatem, quod pro se & regno uitatum cupiebat. Non reputauit secum homo miser quod Dominus fidelis ac certus est in promissis, ut in temptatione det exitum.

Talem

Talem regem impium Consultor noster Christianis principibus imitandum censet, qui sit ut Achab. Ille quidem pacem publicā sine uera religione curando, Rempubli. cum religione semel hostibus prodidit. Quod idē nostris à Deo alienis ne contingat, Christū nostrum precamur. Amamus eos tanquam iſdem sacrī initiatos, & obseruamus ut ministros Dei, sed eorum nos miseret, quod in gerendis rebus Domini sui coelestis uoluntatem aspernātur, quamuis extet quod querimur de eis. Nam fidem uerbis profitentur, & si prudētia carnis ac uiribus suis nituntur, & non uiuo Deo fidunt. Verum communis ista pestis est mortalium, quod plus respiciatur quid homines quām qd Deus approbet, & omnes dum extra spiritum fidei uersamur, blasphemias in Deum factas facilius ferimus, quām conuictiola nobis obiter aspersa. Ea sane nunc est seueritas uulgariū Christianorū, etiam in plerisq; locis nostri renouati Euangelij. Quid fieri si accesserit hæc persuasio, Nihil ad rem es se, quid credant & uiuant aliij, modo ne ocium publicum uitietur.

Age uero o bone, quid causæ proferes, cur permittendum ut imperita multitudo improba uitæ falsæq; religionis exemplis in fraudē pertrahatur. Fortassis ad turbam hominum

L iiiij nihil

DE MISSA. MATRIMONIO ET.

nihil pertinere existimas ueram religionem, tanquam à regno cœlorum extorrem, iuxta il
lud supercilijs pharisaici, Maledictus populus
qui ignorat legem. Quod Deus se pauperum
patrem nominat, id tibi uanum est, & quæ de
charitate in proximum Christus præcipit, nō
pili facis. Alioqui alia tibi cura imperitæ mul
titudinis esset, quæ Christi sanguine æque ac
tu redempta est, & pauperum ac miserorum
Deum se toties in lege cœlestis pater profite
tur, qui sublimia & magnifica aspernatur.

Miramur quid sit quod toties libertatem
christianam obijciat. Nam ait iterum, Quia
fides libera est, in Deum contumeliosos fera
mus necesse est. Si secus fecerimus, tyranni ui
lenti in animum liberum, atq; in libertatem
spiritus inueniemur. Quasi uero legis popu
lus, qui quidem ad fidem neminem unquam
adegit, uim intulisset Ethnici iniustum, quos
expomcerijs regni sui exegerunt, siquidem
prosperus Ethnici esse uellent, hoc est, si præce
pta Nohæ ut loquuntur profiteri dubitassem
una cum Sabbati & festorum solennium ob
seruantia. Necesse enim Ethnici erat uolenti
bus inter Iudæos agere, ut à laboribus in sab
batis uacarent, & quoties Iudæis feriæ ex le
ge erant. Sed & reliquas ceremonias publice
receptas contemnere capitale illis fuit. Nam Iu
dæorum

Quibus con
ditionibus
Ethnicis licu
erit inter lu
dæos habita
re;

IVRE MAGIST. IN RELIG. 52

dæorum Principes officij sui esse uerissime pi-
tarunt prouidere , ne rudiores de Ecclesia in
curriculo pietatis impedirent sua impieta-
te alienigenæ. Huc eos adduxit lex et fra-
terna charitas, quæ rem proximi sua negle-
cta, curiose diligenterq; prosequitur. An uero
bene sanus est, qui cōtendit minorē erga suos
subditos charitatem Christiano Principi esse
debere quam fuerit Mosaico? Nam ait ausum
esse nefarium, uetare Missam impiam, flagi-
tiosumq; sacerdotum concubinatum , cum u-
tracq; abominatio Ecclesiam tantum non e-
uertat. Quasi susq; deque ferendum sit, ut tot
millia animarum falsa doctrina prauiscq; uitæ
exemplis eorum qui duces religionis profiten-
tur, pereant. Iudei Ethnicos exemplo suo reli-
gionem plebis offendentes non tulerunt, &
nos ferremus sacrificos perditissimos nebulo-
nes, qui non solum inter Christianos referrī,
sed antistites & columnæ Ecclesiarum habe-
ri uolunt. Quin consyderemus quid syncera
proximi dilectio quæ est finis ac perfectio le-
gis iubeat, & operam demus ut doctrinæ syn-
ceritas morumq; probitas tandem in Ecclesi-
am Christi redeat , profligatis abactiscq; lon-
ge istis cæcis cæcorum ducibus publicæq; ho-
nestatis extinxoribus.

Quo pacto autē sit spiritualis spiritualibus

L v &

DE MISSA, MATRIMONIO ET

internum & & eternis rebus et in temporarijs temporaria protestas, abunde dictum puto. Nam fatemur in re
externum re gno interiore atque eterno Christum solum do
num diffe- minum esse. Quia creaturarum omnium fa
vunt. cultatem superat nouatio cordis, quam creden
tibus spiritu suo idem absoluit occulta & in
intelligibili quadam ratione.

Sed & uerbum externum similiter et signa
sacramentalia pariter æterna sunt, quo ad gra
tiam quæ propter institutionem & Verbum
Christi illis exhibetur, eoque nullius mortali
um neque authoritati necque uoluntati subiacet.
Quia hominis non est diuinum uertere consi
lium, quod ordine cœlitus instituto per exter
na illa uerba & sacramenta declaratur, & ani
mo credentis offertur.

Hactenus igitur Verbum Dei & æternum
est & longe supra iurisdictionem eminentium
potestatum euasit, quod in illud nemo homi
num regium ius obtineat, sed ut ei tam princi
pes quam Verbi administri simpliciter conce
dant, necesse est. Quod quidem Consilium
prolixè assuerat nemine refragante: quo spe
cimen præbeat, sibi quoque esse studio, ne diui
num uerbum humano magisterio uitietur. Et
tam omnino quæ homunctionum aut inscitia
aut temeritate ne dicam impietate contra uer
bum gratiae ac salutis, contraque piros mores Ec
clesiae undecimque introducta sunt, ea contendit

ut sacrosancta habeantur : cuiusmodi sunt
Missa priuata, & concubinatus sacerdotum.

Proinde quatenus uerbum externum & sa-
cramenta gladio superiora sunt, hactenus ei-
dem externa alia subiiciuntur, ita ut confir-
met quæ consilio spiritus congruunt, & explo-
dat ejuscatq; ex usu piorum, quæ eidem aduer-
santur. Quamobrem reges sanctissimi in ue-
tere populo, & in noua Christi Ecclesia pñ
Cæsares falsum Deorum cultum, uanoscq; pro-
phetas ac diuinos a' cœtu credentium Christo
abarcenit, offendicula è publico submouent,
præmia coletibus Christianismum ponunt,
poenas contempnoribus minantur, in locum
abrogatæ abominationis ueram colendi dei-
rationem sufficiunt, usum legis iuxta senten-
tiam spiritus restituunt, prophetas Domini de-
fendunt, Israeliticas mulierculas exclusis Eth-
nicis ab improborum maritorum uiolentia
liberant, doctores & pastores afflatos Christi
spiritu inauguran, collapsos mores magna
prudentia pariq; seueritate corrigunt, breuiter
operam nauant omniem, ut placidam & tran-
quillam uitam transigerent, non pro libidine
carnis, sed cum omni pietate & honestate.
Quos hoc tempore Cel. T. illustrissime prin-
ceps imitatura, non amplius efficere conatur,
quam quod Elector Saxonie, quam quod
quidam

DE MISSA, MATRIMONIO ET

quidam principes integerimi, sanctèq; insti-
tutæ aliquot ciuitates ferè effectum reddide-
runt, nimirum ut fidei erroribus morumq; ui-
tijs repudiatis uera pietas cum uitæ politicæ
honestate ceu postliminio reuocetur. Ad rem
hanc plane opus est, ut pseudapostolis fallisq;
doctoribus exautoratis patres & ueri pasto-
res populo ordinentur, pura Euangelij doctri-
na reducatur, exclusisque blasphemis, iuxta
ueram fidei regulam sacramenta suo loco ha-
beantur, uerus cultus, ueraq; adoratio promo-
ueatur, quo sit omnia in omnibus Christus Ie-
sus salus ac redemptio nostra. Hactenus pro-
pe in ditione bipontina, primum illustrissimi
fratris Ludouici, deinde tua cura non sine lau-
de promotum est. Iam adornas secundo Chri-
sto Missam impiam abrogare, quæ non mi-
nus execrabilis atque olim ritus Cananæo-
rum erant, simulque matrimonij cum existi-
mationem, tum consuetudinem collapsam, ut
Estra suis temporibus reparare cogitas, emen-
daréque studes mores flagitiosos præsertim
Ecclesiasticorum.

Cum nemo pius tam sancto proposito nō
faueat, & illud pro uiribus omnes adiuuent,
eius refragatores arcq; obtrectatores læsæ diui-
næ maiestatis manifestos iure ducimus. Ah
quàm stolidum quàm impudens est tam nefá-
rio

VRE MAGIST. IN RELIG. 55

rio consilio amorem & studium prætendere regni interioris, ut consultor iste suo prætentit, quo pessimis maculis inficit Ecclesiæ candorem, uel uerius eam euertit. Cui unquam obscurum hoc fuit, quod negligere blasphemias, & corruptissima in Ecclesia exempla multa, non sit ad ministrare regnum libertatis & spiritus, sed potius illud contaminare, dissipare, perdere, & omnem speciem religionis obliterare. Iustum palpum tam crassum præmoniti & notantibus à fructibus falsos prophetas haud facile obtrudet. Norunt enim in spiritualibus rebus uel mediocriter uersati, q̄ quadret regno Christi, ut quisq; ædificare proximum studeat, atq; ut is qui in eo fungitur munere ac dono gubernatoris, caueat ne sint publicæ blasphemiae, néue fidei rectitudo morumq; synceritas foedis exemplis pessum eant.

DE LIBERTATE VERBI ET LIBER-
TATIBUS PRO RELIGIONE, UEROQ; CULTU, & QUOD
Magistratus ex causa carnali
non agat.

CAP. XXX.

Dicto-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Gladij potestas quam latet pateat.

Dicitorum summa hec esto. Quicquid sensibus corporis subiectum est, id ubi contra uerbum Domini & bonos mores fecerit, gladio uenit corrigendum. Sed spiritualia et interiora quanquam exterinis rebus offerantur, solus Christus spiritu suo moderatur: quamuis externis ceu adiumentis illorum, potestas immineat terrena, atque moderetur ad uerbi Domini præscriptum.

Non tamen ob id alligatur uerbum Domini constitutionibus ad edificationem per uerbum domini ordinatis. Nam est efficax ubi et quando domino uisum est, etiam sine illis adiumentis, sed ordinaria uia est, ut ipsdem adiuuetur, cum in ordinata Ecclesia usus uerbi prædicationis & sacramentorum luculentior sit quam in confusa ac temeraria multitudine. Ideoque Christiana Charitas non illibenter legibus paret, si aequae sunt & cursum gratiae liberum permittunt, quatenus eum Deus non astrinxit. Neque est ulla causa uerisimilis, quamobrem constitutiones malum ab Ecclesia abarcet. Consultor dixerit obstare libertati, cum tot leges ueterem populo fidem eorum non fecerint captiuam. Nam utroque populo donum Dei liberum est, ad quod accipendum hortando, deterrendo, tum cauendo submouendoque scandala, aliquid momenti adfert magistratus, atque olim attulit.

Seuerissi-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 90

Seuerissime enim idololatriam & uitæ deli
quia punierunt, quicunque reges & iudices le
gi & prophetis unquam sunt obsecuti. Neque Pro religio
ne leges.
inter priores Cæsares Christianum inuenies,
qui Ecclesiæ curam non primam sibi duxerit,
huius documenta habes ex Constantini, Va-
lentiniani, Gratiani, Theodosij, & huius filio
rum constitutionibus, quas pro ecclesia con-
stituenda & contra hæreticos, maxime Dona-
tistas promulgarunt. Quin unus Iustinianus
satis exempli est, quantū studij sit principibus
impendendum religioni. Cæterum unus Iuli Iulianus apq
anus Apostata, quo Christianum nomen è ter stata.
ris homo uafer excluderet, aduersus Ecclesiæ
unitatem initio sacrilegas dissensiones aluit,
negligendo religionem: deinde in malo obfir-
matior Ecclesiæ grauissime adflicxit, basilicas
hæreticis & dæmonijs templa aperiendo.
Hanc deformem formam corruptissimi prin-
cipis in memoriam nostram ex uetusitate con-
sultor reuocat, consulendo, ut cuius quiduis
maxime in religione permittatur, donec pa-
cem ciuilem non turbarit. Quod quidem est
summum compendium ad religionem Chri-
stianam ab orbe terrarum auferendam, quo
Iulianus apostata usus est.

Vetus cultus erat iuxta uerbum Domini
ordinatus, nihilominus quia externus & mun-
do cogno-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

do cognobilis, Apostolis τὸ ἄγιον πόστυμα, hoc
est, mundana sanctitas & mundanus cultus
ad Hebræos ix. cap. uocatur: Proinde quoni-
am uerbum Domini externum est, quicquid
externe adhæret, seculare est, & seculari obno-
xiū ordinationi. Sed cultus noui testamēti spi-
ritualis manet, & externi gladij uim excedit.
Nam quis supplicijs mentem piam impedi-
rit, ne in spiritu & ueritate ubiqꝫ gentium &
Iocorum patrem adoret, ne inuocet in pericu-
lis, & ne de salute & acceptis donis cœlesti pa-
tri per Christum gratiam habeat.

In qua re superstitione pontificorum culpan-
da uenit, quæ cultum noui testamenti prorsus
externum fecit & humanum, suisqꝫ astrinxit
constitutionibus, & uerbi Domini ac sacra-
mentorum institutionem inuertit.

In res corporales ac perituras pro gloria no-
minis Domini & ædificatione proximi potes-
tas applicetur. Idololatriam deleat, contume-
liam in uerbum Domini ueret, adulteria, scor-
tationes, concubinatum legibus illicitum im-
punita esse ne sinat, & quæcunque peccata
externa sunt & suam Iudicis cognitionem no-
effugiunt, seuerum in modum castigetur. Sed
& inquisitio legitima fiat, uel rumore mali fa-
cioris accepto. Lex enim iubet indagare ue-
ritatem si fama de homine aut urbe, aut etiam
tribut

IVRE MAGIST. IN RELIG. 51

tribu extiterit quod à Deo alios auertat. Hæc dicta sunt de Magistratu cui subiecta sunt extrema quoq; religionem concernentia, cuiusq; est institutionem Christi & synceritatem uerbi defendere, abdicatis è Repub. erroribus & uitijis contrarijs.

Additur aliud in Consilio: Potestas exercenda est, inquit ex causa carnali & occasione peritura, nam est corporalium & interitura rum rerum. Hoc autem per locum ab effectis ad causam constare. Sed nos neq; consecutionem illam, neq; locum talem in præsentia intelligimus, nulla enim hic sit nec causa neque effectus mentio, sed tantum agitur de subiecto siue materia in quam se potestas exerat. Iam certum est, uoluntarie agenti ut operi se accingat causam per se non esse à subiecto, sed à fine potius suppeditatam. Proinde non ab effectis ad causam hic arguitur. Sicut nec in hac collectione argumentum ab effectis est. Faber ex lignis & lapidibus domum extruit, oportet igitur causam eius motiuā esse ligneam & lapideam. Nam fabro causa facienda domus est pecunia potius, aut gloria aut id genus aliquid cuius gratia opus molitur. Per accidentem autem est si ipse materiam alterius dominus per operam interdum querit.

Magistratus igitur pius terrena causa non

M excitatus

Potestas non
agit ex causa
carnali.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

excitatur proprie. Sic pius paterfamilias dominus est serui, & imperium terrenum in hominem terrenum gerit, sed hoc suum ius in illum exercens, ut Christianus herus nihil terreni considerat, sed cogitat se Dominum habere in cœlis. Nam scripturam audit domini mentionem obijcentem, qui sibi est causa serui castigandi. Itaque peritus paterfamilias aeternam fungendi muneris sui causam habet, cur Magistratus publicus minister Dei potior terrenum præcipue commodum contemplaretur? Quis nescit virum pium ad incumbendum in materiam temporariam coelesti ac diuinâ causa moueri, quia nihil facit sine fide, & in dominum naturali animi propensione respicit, factus per spiritum Christi nouus homo. Et rursus, Quicunqz cum Christo hac vita defunctus est, is querit ea que sursum sunt, & in cœlis habet suam conuersationem, terrenis autem utitur, ceu adminiculis ad spiritualia.

Quin Christianorum actiones corporales ex hac spirituali et non corporali causa omnes fluunt, ut se Deo comprobent gratos ostendant. Nam obseruatio mandatorum Dei secundæ tabulæ, ex hoc primo præcepto, Ego sum Dominus deus tuus, hoc est, ex fide & dilectione Dei oritur, indeqz fluit, quod su
pra

IVRE MAGIST. IN RELIG. 92

pra quoq; attulimus. Quia posteriori tabulae
nullo pacto satisfit sine prioris adimpletione,
quæ tota animum postulat. Ad hoc impellit
natura fidei, quæ Deum ubiq; spectat. Quo-
ties uero illustrissime princeps Celsit. T. pro-
fanam Reipub. administrationem obit, non
alterius gratia quām intuitu placendi ac serui-
endi Deo, cuius iudicium est quod exerces, &
tamen Respub. terrena res est, cuius admini-
strandæ causa tibi supereft spiritualis. Quan-
to magis cum eorum sequeris consilium, qui
monent ut de subditis potestate tua bene me-
rearis, & ut edictis & poenit. cogas sanæ do-
ctrinæ auscultare, quorum fragilitas, si sibi
mitteretur, in omne nefas prueret. Hic uero
quāto sane causam habes spiritualem, magis
cum spiritum adiuuas, nisi aliena à spiritu sit
uoluntas promouendi honorem Dei & utili-
tatem proximi, & si actio corporalis, & in na-
tura corporali est, sicut sunt omnes actiones
nostræ, quæ quidem à fine, & non ab agentis
natura æstimantur. Sic nunc p̄ij Magistratus
uersos Ecclesij pastores præficiunt, necq; terre-
nam eius studij causam habent. Pastorem ta-
men dare res est corporalis. Nam est hominis
cum homine, & ad ea praestanda ualet, quæ
oculis subiectū, sed finis est cœlestis atq; æ-
ternus, animarum salus animarum & uera pie-

M ij ras

DE MISSA MATRIMONIO ET

tas, quæ ex pura fidei doctrina, ex usu sacramentorum ac uigilantia pascendi nascitur & conseruatur.

Hec officia principis nondum damnat Consultor. Nam ad ea superioribus annis suffragator & adiutor forsitan fuit, nisi prorsus erramus: cur damnauerit igitur ceteras eius munieris partes, ut sunt abolitio falsi cultus, & scortatorum Ecclesiasticorū correctio. Quis dubitauerit quin sicut bonum est ecclesie Dei per magistratum de doctrinę sinceritate propiciari, sic bonū sit eandem ab eodem conseruari, & remoras fructum illius impedientes remoueri. In nomine Domini Christianus orditur, & agit omnia. Nam edit, bibit, dormit, ex pergiscitur, exit ad munia sua, redit ad se dominum suam, Domino Deo authore & auspice, quem in uotis unum ubiqꝫ & semper habet. Vnde igitur fidem fecerit, principem christianum ut suas partes obeat propter temporariam dunataxat causam esse impellendum, & non spiritualem atqꝫ coelestem. Nisi sententium Anabaptistis christianum non posse age futat, quia consiliarius aulicus esse uidetur, hoc est, principis ac Magistratus summi auctor.

Adde q̄ filij Dei, hoc est, in Christum credentes

dentes spiritu dei agantur, non ad rem unam
 sed ad omnia, etiam ad ciuiles actiones. Nam
 possessore Satana liberati sunt, nec alium ha-
 bent nisi Christi spiritum, quoniam sibi mor-
 tui sunt. Ex quo sit ut deinceps nulla in re cau-
 sam temporariam admittant, sed ubique exter-
 nam ac diuinam habent in oculis: eoque secum
 querunt, id quod acturi sunt, num placeat
 deo, num profit proximo, quia spiritus inha-
 bitator et actor eorum in eternitatem per tran-
 sitorias res assurgit, & conuertitur usque ad do-
 minum deum suum. Hoc limite Christiani ab
 Ethnicis secernuntur. Nam in terrena propo-
 nunt, hoc est, amore sui multam operam & uti-
 lem praebeant, propterea quod inde sibi pluri-
 mum momenti sperant fore. Illi autem utpote
 in mortem Christi baptizati & proximi com-
 modum & gloriam Dei querunt, queruntque
 non sua, sed quae sunt Iesu Christi. Quomodo
 igitur consilium istud audet credenti Christo
 principi suadere, ut in temporalibus rebus ad-
 ministrandis, temporalem dunitaxat causam
 ponderet. Quae in isto homine cognitio Deis
 quid iudicij? Scimus ferè proximam causam es-
 se temporariam tranquillitatem & ocium ci-
 uiuum. Sed hic agitur de præcipua, & an sola **Qui status**
causa temporaria respicienda, in actionibus cōtrouersie
humanis, Iste solam esse contendit, nos ne pre huius.

M in cipuam

DE MISSA, MATRIMONIO ET

cipuam quidem: nā Christianus Deum actio-
num suarum scopum ac moderatorēm habet,
neque unquam temporalia per se proponit,
sed ea ut media seruēendi Deo, æternamq; he-
reditatem acquirendi admittit, si contingunt,
& in loco expedit etiam, si quando sentit eius
referre gloriæ Dei. Sic Apostolus hortatur ut
preces fierent pro temporaria pace, ad hoc ut
placidam & quietam uitam cum omni pietati
& honestate degant. Nam hoc inquit ho-
num est & acceptum coram seruatore nostro
Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri, &
ad agnitionē ueritatis uenire. Latius enim ac
felicius rebus tranquillis Verbi dignitas dif-
funditur, quam cum omnia bellis & persecu-
tionibus feruent. Quærit igitur Christianus
Princeps pacem subditorum eodem consilio,
quo Apostolus, ut inde illis adiumenta pie ui-
uendi suppeditentur. Itaq; sine dubio lapides
uel uerius saxa offendiculorum conspicua, ut
sunt Missæ papisticae, & concubinatus Sacer-
dotum ē medio tollet multa cum sedulitate.
Et plurimum agetur si cernet uulgi simplici-
tatem in ea per imprudentiam impingere, quē
admodum nunc Idolatria adulterijs & stu-
bris, propter exempla Ecclesiasticon com-
pleta esse, omnia publice querimur.

Reprobū

IVRE MAGIST. IN RELIG. 94

REPROBI MANENT QVOD

sunt, & iusti sunt peccatores, sed non servi
peccati, & quanta in Iudice inno-
centia requirenda,

CAP. XXXI.

EX quo liquet, quam sit stultum, nedium
impiū quod ait: Mundus quod est, ma-
nebit Christo teste, idcirco Magistratus mala
omnia conuellere, qui studet, is dat operam ut
mundus amplius non sit mundus, hoc est, ut
mundus totus redundet iusticia, contra uerbū
Christi. Homo sollicitus, scilicet de Christi glo-
ria, timet, ne cum omnes homines uera iusti-
cia imbuantur, Magistratu sedulo faciente,
non sint futuri peccatores, in quibus repurgā-
dis officium suum exerceat. Ridiculo sane
metu laborat. Nā in maligno positus est mun-
dus, quia ex Deo nō est, & aduersarium pa-
titur principem. Neque propterea iustificabi-
tur coram Deo, quod seueritate gladij proter-
ua iniqüitas retundit, ne bonos lædat. Nam
etsi summa resipiscendi occasio per assidui ma-
gistratus industriam omnibus offertur, tamen
eam nō amplectetur quilibet, sed illi demum,
quibus est aliquid bonae frugis ac seminariū

Non omnes
pij futuri
sunt.

M iij timoris

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

timoris Domini. Quod si contigerit, ut plerique occultius peccent, aut etiam facinora palam nulla admittat metu deterriti, neque tamquam ob id in oculis Dei iustos continuo dixeris. Oderunt enim peccare mali formidine poenae. Quid multis? Plus nimio compertum est, si blasphemiae & facinora publica locum non habent assiduitate ac diligentia principum in aliqua Repub. nihilominus intra cordis abdita cogitationum malarum saeuissimi tumultus concitantur. An non populus deserti a monte Sinai deflectens Idololatria uacabat, excepto peccato uituli? an non uerum cultum iuxta recentis Verbum Domini frequentabat? an non studebat diuinam inter se pacem procurare? nihilominus hoc eulogio dignatus eum Dominus. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper ijs errant corde, ipsi uero non cognoverunt vias meas. Errarunt quidem corde, qui obsequium legis ore & manu pulchre prae se tulerunt, uirtute & officio Mosi adacti. Quid, quod ad exitum quadragesimi anni ipse Moses queritur, quod Dominus populo nondum dedisset oculos qui uiderent, aures que audirent, & cor quod intelligeret. Securo igitur animo sit consultor uel seueriter muneri suo insidente Magistratu, non enim omnis multitudo protinus puro corde erit.

erit, adhuc enim erit abunde flagitorum
& scelerum quod quidem nobis nimium ue-
re dicitur.

Satanæ suos non eripiet, neque Principis,
neque Pastoris Euangelici industria, uterq;
tamen electis prodest ad salutem, pastor qui-
dem doctrina & cura inuigilando prodest,
Princeps autem præmio bona opera afficien-
do, ut spe præmij alliciantur initio, qui medio
criter boni, & ijdem poenæ metu deterrean-
tur a malis, ne se temere contaminent. Sunt
itaq; ambo Dei ministri ad opus proprie su-
um, ad ædificationem corporis Christi. Non
eripient inquit prædam infernali debitam le-
oni, certum est, & tamen in reprobis plecten-
dis se declarant esse ministros Dei boni princi-
pes, & cauent ne Satanæ famulitum, conui-
tia Deo palam dicat, modo in facultate ipsis
fuerit ea prohibere.

Potissimum autem ad eos pertinet operam
nauare, ne via sanctorum palam falsa doctri-
na, neque mores populi prauis exemplis cor-
rumpantur. Imo quia mundus malus est, &
malus manebit, se bonum esse potestas ex ad-
uerso declaret, rigidis supplicijs malorum,
ac defensione sedula bonorum facinorum. Ne
que sequitur propterea scandala defutura esse
Ecclesijs, quemadmodum Consilium perpe-

M V tuo me-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tuo metuit mundum honestate ac pietate nimia adobruendum sedulitate gladij. Nam uerba Pastorum salubria facile contemnuntur, sed rarus est qui minas Magistratus ad ultio nem armati non extimescat.

Quod rursus opponit: omnes homines esse peccatores, neque peccatorū esse sed superiorum in uirtute alios emendare: Sitita. nam quis sanus id in dubium uocarit? Sed sunt inter nos peccatores, qui alieni sunt à seruitute peccati. qui quidem ad honesta & pia spiritu Dei uolētes impelluntur. Ergo inquis contra scripturam Iudex condemnat & eadem facit, uerante Apostolo, quæ iudicat. Roma. ij. Minime gentium. Nam Paulus de priuatis loquitur, nos de publico Magistratu, qui externa scelera & in Deum conuicia quæ patent, damnat ac punit merito iure: modo de natura libus uitij ac blasphemij cordis sensum doloris capiat. Neque quisquam propterea quod sibi nonnihil conscient ob communem carnis infirmitatem, in causis Iudicio patentibus ex officio pronunciare dubitet. Nam personam Domini gerit, cuius iudicium est. Alio qui satis urget Paulus histrionicos istos Christianos, qui de peccatis se mutuo condemnant priuata libidine, quibus illud uere obiectur. Quis tu es qui iudicas seruum alienum? Item hoc

Priuata iudicia condemnantur.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 96

hoc ipso quod iudicas alium te ipsum condemnas, eadem enim facis tu qui iudicas. Nihil autem ad ordinarium iudicem ea obiurgatio Apostolica, cuius est de vulgaribus criminibus statuere, ut ministri Dei, & citra proprium affectum, utpote qui Dei & Reipub. iniuriant non suam vindicat.

Quod si à Iudice postulatur innocentia summa, quis tum plectet facinorosos? Nam cordis sui abdita quisque hoc uehementius horret ac detestatur, quo est ex dono Christi melior atque inculpator. Optimum igitur quemque à tribunali isto rigore prepostero submovebis. At qui satis intelligitur Iudicem Dei personam gerere, & illius iram executi, non suam. Ideo nihil dubitat bonus Magistratus per bonas leges iuxta praeceptum Domini perniciem ciuem tollere, & si de suis peccatis nuncquam non dolet. Sua enim peccata benevolentiae diuinæ committit, & interea Dei nomine aufert aliena.

Nec huc pertinet sententia illa Christi Ioan. viii. Qui sine peccato est, in adulteram pri-
mus faciat lapidem, qua sibi uidetur pulchre probasse, quod blasphemiq; & adulteria sacrificorum non sint punienda principi. Verum eam sententiam contra priuatos homines dixit Dominus. Non enim iudicibus sed phari-

Innocentia exacta à Iudice non postulatur.

Ioan. s. de adultera.

sæcis

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

sæis locutus est, à quibus iudicaria potestas
per Romanos adempta tum erat. ut paulo ante
diximus, Proinde Dominum qui testatus
erat se aduentisse, non ut iudicaret, sed ut ser-
uaret mundum insidiose interrogarunt, quid
iuris in illam adulterij manifestam congrue-
ret. Ibi Dominus appositissime respondit, id
iuris quod perpetuum est, & etiamnum ad
priuatos attinet: & tum respondit cum nullus
adesset ut iudex. Nam pharisæi malo consilio
pariter esse & accusatores & judices uolue-
runt, sicut sedulo id iuris usurpabant quod eis
non competebat. Erant enim suapte authori-
tate iudices, & sic sine ordine legitimo occi-
dere miseram cogitabant. Nam iudicium zeli
non esse potuit, ubi ordinaria iudicandi po-
etas interciderat, qua illud corrigebatur, ne
eis seditiosa cedes. Quomodo enim licuisse
eis interficere hominem sine iudicis sententia,
cum ne cognitionem ullam iudicariam exer-
cere illis fas erat.

Deinde quia pietate præcellere sibi vide-
bantur, ualde absurde faciebant rei ciendo
impositam diuinitus poenam, quæ ad gaudia
maxima uiiam parabat. Tyrannos sibi impo-
ni commeruerant, & ea sceptri ablatio signu-
erat instare aduentum redemptoris. Quod ue-
ro sceptrum ablatum esset, omnibus notum
videba-

Tempore
Christi nullū
fus gladij in
Israël.

In libro Au-
da Zara tit:
primo.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 97

uidebaꝝ, quia gladiū nullus ciuiſ patriæ gesti
tabat, sed Ethnicus et alienigena, neq; ille pro
lege & Repub. sed contra eam, & ad uolunta
tem Romani tyranni gestitabat. Eam tyran
nidem ceu poenam debitam peccatis patien
ter ferre debuissent sanctuli isti, & non sic per
cuniculos ademptam iudicādi potestatem uel
le recuperare. proinde dicto illo notatos ceu
manifestos iniuriarū reiecit fortiter. Qui est in
quit, immunis à peccato primus ad lapidan
dam promeritam accedat. Et quia uenerat ad
implere non soluere legem, uoluit ut ad legis
uoluntatem criminosa m ream peragerent.
Hoc est aut in eam apud iudicem Ethnicum
dicerent testimonium, aut si liberet extraaudi
cialiter, apud cordis sui tribunal, is ex eis eam
damnaret priuato iudicio, qui culpa omni es
set uacuus. Quo dicto admonuit hypocritas,
ut darent operam, quo se primos accusarent,
non adulteram miseram, quia iustus initio est
est accusator sui. Alioqui iudicando miseram
de adulterio, semet eodem essent condemnatur
i, ut qui facerent eadem quæ condemnarent.
Romano. ij,

Quandoquidem administratio iusticie a
pud Ethnicos erat, quid priuatorum pharisæ
orum intereat, quo supplicio in deprehensam
animaduerteretur? Oportuisset igitur eos fer
re ma

DE MISSA, MATRIMONIO ET

remanum Domini sine refrigeratione, qui ma-
lemeritis uolentos Dominos præficere solet,
quo malis admoniti ad Dominum cui pecca-
uerant, reuerterentur. Aut si interesse puta-
runt, ut afficeretur supplicio, eam apud illos
reā pagere debuisset penes quos potestas et iu-
risdictione residebat. Sic nos discam⁹ nō repug-
nare castigati patri in ccelis. Deinde & nos co-
gnoscam⁹ quomodo priuatæ cœluræ, excolli-
deratione nostrorum defectuum fluere debe-
ant. Inde cōsequemur lenitatem & mansuetu-
dinem, nec proterua præcipitania nobis me-
liores, ut ferè fit ab̄īciemus. Nimia caliditas
rehēdendi alios cauebitur, quo incommo-
do beneficium monitoris quod in se saluber-
rimum inuisum plerūq; redditur. Nihil igit
tur aduersus legitimū & officiosum princi-
pem dictum Christi facit, quod in homines
priuatos & uoluntate Domini se castigantis
repugnat̄ dictum est.

**Peccatores
an debeant
iudicare.**

Adde quod hoc argumentum ualeat aduer-
sus omnem Magistratum. Omnes enim pariter
peccatores sumus, quid igitur tibi sumis in ali-
orum peccata constituere, qui facis eadem que
iudicas? Sic facile colligemus, Omnes peccato-
res sumus, nemo igitur de alterius culpa disce-
ptator sedeat, nemo aliud neq; parricidam
sententia mulctet, Reuera enim ratiocinatio
Consilij

IVRE MAGIST. IN RELIG. 98

Consilij si habet. Nemo intra se legem aliquam ex parte non uiolat, qua quidem suus est, nemmo igitur omnium palam facinorosos condemnet, uel apertius hoc modo. Omnes sumus filii irae, ob peccatum æqualiter omnibus inhabitans, ineptum igitur & cõtumeliosum est quod quisquam de peccato aliorum foris cognoscat, cuius intra cordis parietes ipse sibi conscientius fuerit, admonitus per Apostolum, Roma, ij.

Quis non fruolam, non absurdam, non contra communem sensum esse eam collectio nē dixerit? Nam quæ grauiora in fidē de Christo, & in proximi dilectionē passim admittunt, & iudici nota esse possunt ea tributa sunt sub gladium, omnium gentium consensu, quam late patet ac patuit Christianus orbis. Neque ulla natio repugnauit, exceptis paucis Donatistis, quorum seminarium inter sectas huius æcatis reuiuiscit. Quançp patres Ecclesiastici in redimendis intercessione sua eis qui iudicio ad supplicium ultimum damnati erant, paulo studiosiores fuisse uideantur. At iudicia per miserant hominibus, non ademerunt ut consilium hoc adimit. Quem in modum Cels. T. & sub ea pastores animarum nihil aliud corrigerent student, quam quod externis factis exibilibiter ac perdire patratū est, & notum populo est, nequid diligenti principi. Quod

DE MISSA. MATRIMONIO ET
QUOD PECCATA NON SINT PA
ria, de natura primi praecepti, & quid cau-
se sit, cur pessimam sententiam in-
ter dum homines non pessimimi
defendant.

CAP. XXXII:

Quanquam ad scripturæ ingenium &
illud non quadrat quod ait. Nos pari-
ter omnes præuaricamur legem. Ineptuni
enim & absurdum dictū est in Ecclesia Chri-
sti. Non enim peccata omnia paria sunt. Sen-
tentia ista Platonis est Ethnici philosophi, &
si eadem ab Anabaptistis nostris odiosius re-
petatur. Peccatum quidem unum alio graui-
us est, & esse iudicatur a spiritu scripture. Sunt
enim qui ex imbecillitate peccat, rursus qui er-
rone labuntur, rursus autem qui scienter &
contemptim Deum patrem et seruatorem no-
strum Iesum christum probris palam affici-
unt. Quis dixerit Petrum et Iudam, aut Achि-
tophelum & Dauidem pari culpa alligatos,
qui peccatores quisque pro se & suo modulo
erant. Petro infirmitas est quod fugerit & ab-
negat Christum. Iudae autem maliciofa au-
ritia, & plane facinus Satanicum, quia osculo
prodidit sanguinem innocentem, quem Pe-
trus

IVRE MAGIST. IN RELIG. 99

trus metu deterritus uerbis negauit. Achito-
phel quāta pestis reipub. qui populū a patre
ad filium hostem illius perditissimum uafri-
cia perfide abduxit. Dauid foedissime quidē
lapsus est, sed ita ut conuictio prophetæ admo-
nitus extemplo & utiliter diceret. Peccauī cō
tra Dominum. Qua uoce ut illud audiret pro-
meruit. Etiam Dominus peccatum tuum ab-
stulit, non morieris. Horribile facinus est adul-
terium homicidium, infandum & immane;
hostium: gladio militem fidelem sibi, causa
potiendæ uxoris interimere, est hominis libi
dine furentis: totum Israelem populum Dei
hostibus illudendum obijcere plusquam pa-
triæ proditoris. Et tamen Dauidi ueniale
peccatum fuit. Sauli sacrificium contra uer-
bum Domini peccatū irremissibile. Ergo nō
factū peccatoris, sed primum persona eius cō
syderetur: Deinde quo animo quaq; fide præ
ditus sit peccator. Eó q; ex psona est, q; pecca-
ta non sunt ad mortem quæ in patrem ac filiū
admissa sunt, nam horum authores nondum
sunt deplorati. Quod autem in spiritum san-
ctum uergit, id non solum in hoc, sed ne in fu-
turo quidem seculo remittetur, cum sit homi-
nis prorsus aduersus gratiæ feedus obfirmati;
quare prorsus paradoxon est, & non simpli-
cis fidei dicere, peccata omnia esse paria.

N N M

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Nam hoc dictum Iacobi: Quisquis totam legem seruavit, offendit autem in uno, factus est omnium reus, sic accipendum ducimus, ut admoneamus unius precepti pruaricatorem, à gratia totius foederis excidisse, donec resipuerit. Cadunt omnino à foedere, sed non æqualiter, non animo neq; pari spe resipiscendi. Ominus itaq; reus est, qui in uno peccauit, sed tamen aliis alio minus est reus, etiam qui peccant aduersus unum præceptum scienter, & proprie. Nam præcepta sunt ceu leges foederis Dei, quorum quodcumq; ex proposito cōtemnit, mox rescissum est uniuersum foedus, quantum ad præsentem gratiam attinet. Nam legitur, qui non fecerit omnia quæ scripta sunt in hoc libro morte moriatur. Indeque sit ut uno violato quasi omnia violata esse videantur. Nam aliquarum legum obseruantia non efficiet ut sis in eo foedere, quod plurium adiunctione pactum est. Ideo lex Dei ait, qui non fecerit omnia quæ in hoc libro scripta sunt mortem moriatur. Quia igitur lex mortem intendit, sequitur sublatam esse gratiam & ueram uitam mentium, quæ primo præcepto promittitur, quoties qualiscunq; præcepti transgressio sciens admittitur.

Et rursus inde liquet, quod omne peccatum sit contra primum præceptum tanquam generale

IVRE MAGIST. IN RELIG. 100

vale, & fundamētum aliorū. Nam fidem in
verbum suum promittentis, & nostrum obse-
quium codem Dominus stipulatur. Neq; alii
ut faciunt reliqua præcepta, quām quod osten-
dant, qua ratione in rebus ad Deum attinenti
bus, & in illis quæ proximi sunt obsequamur
Domino. Quare primum præceptum uiolatū
tam est, si quid aduersus fidem & charitatem
designatur: Sicut ex aduerso fide & charitate
potissimum adimpletur: et alia præcepta non
præstantur nisi ex uirtute prīmi, quo quidem
gratia dei simul promittitur & accipitur, qua
alia præstentur. Quis em̄ uel quantulūcunq;
sibi fīsus, ex animo effectum id reddiderit, qđ
absque respectu nostri, Dei gloriam & proxi-
mi utilitatem respiat: quam rem à nobis om-
nia præcepta requirunt, ut que à fide in Deum
pendeant omnia. Certe neinō hominum quic-
quam quod in oculis Dei probatum, per se fa-
cere potest. Non sumus idonei ex nobis cogi-
tare quicquam tanquam ex nobis. Fides itaq;
omnium præstandorum fundamentum est,
quæ à Deo id accipit, quo nos ad parendum
Deo idonei reddimur. Nec omnia peccata
propterea sunt paria. quod inde constat, quia
de quibusdam facilius est resipiscere, ut de illis
reditio ad dominum facilis est, quæ uiam re-
missionem peccatorum comparandi non ex-

N ī cludunt

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

cludunt, hoc est, quæ superstitem fidem in promissionem Christi, quæ est de remittendis peccatis relinquunt, aut certe ad fidem reficiendam aditum relinquunt.

Quod peccatores in viam reuocare Christus conatus est, omnibus est Christianis imitandum. Idem & nos docemus, & prouirilim imitamur. Sed Magistratus suam præterea functionem obit nihilominus ad hoc, ut eos qui exemplo publico grauiter offendunt, iuxta præscripta legum corrigat in melius si debitur, si minus et aliud efflagitat publica utilitas, facinorosum perdat ultimo supplicio, qua in remores publicos pariter & religionem in populo, etiam in eis quos punit, emendat. Quoties enim metu carnificis poenitudo obrorta sinceriorem ad Dominum redditionem auspicata est. Egregium huius rei exemplum est Latro, qui cum in cruce pro meritis penitentiis dependeret, audit illud, hodie mecum eris in paradyso, & huic Euangeli sibi nunciato constanter credidit. Itaque iudicis severitas ei ad scholam spiritus introeundi causam dedit, cuius sententia tanquam parricida & seditionis cruciabatur.

Qua uoluntate Consul- Sed hypocrisis occultior atque rectior Doctor scripsit, um tantè uindicè experietur, ea nihil ad nos. rit.

Quæ an adsit, & in quibus actionibus certo ad sit

sit; Christiani nesciunt, donec fructibus se
prodiderit, itaq; iudicibus hominibus est adiuv
natur. Iudicium enim sibi Dominus arcanorū
retinuit, cui id inaccisum concedunt, etiam
Pharisæi hypocritæ. Necq; nobis abdita cor
dis puestigâda sumamus. Quemadmodū &
nostra non interest, neque iudicamus utrum
uere an falso dixerit Consiliarius tantus uer
ba hæc sanctissima. Ope Dei fretus causam
aggregiar, periculum facturus quid Iesus Do
minus noster per paruitatem meam efficere
uelit &c. Quamuis nobis constet uniuersum
consilium eius ex humana tentatione proflu
xisse. Nam carnalem sensum & non scriptu
ram sacram pro fundamento iecit. Nihilomi
nis fieri potest quod scriptor non dolo, neq;
malitia, sed imperitia aut etiam affectu in
transuersum raptus tam fœde impegerit. Quē
admodum assuetudo prauorum exemplorum
iudicia mediocria plerunq; excæcat & perdit.
Existimat forte sic rem esse ut affeuerat. Nimi
rum Dominum nostrum Iesum Christum uel
le, ut conuicia in Deum & iniqua in homines
facinora sint impunita. Quem tamen nos iu
stum iudicem esse à patre datum omnium que
sunt in coelo & in terra, idq; ad gloriam nomi
nis paterni certissima fide profitemur. Qui la
psus homini à rebus spiritualibus alieno,

N īj non

*Hypocrisis
Consulторis.*

DE MISSA MATRIMONIO ET

non est magnopere uitio uertendus, ut quem aduersæ occupationes sicut ipse affirmat, à sa-
criis adeo detinuerint, ut ad ea obiter respicere
egreualeat.

Fit autem interdum, ut quis propositam sententiam aperte malam quærat specie uerisimili adornare, absq; tamen dolo malo, ut cū quis persuasus est suas rationes esse tutiores & à cruce remotiores nec id summe displicere Deo, quod contra Deum pro carnis ocio insti-
tuitur. Quo quidem tempore humana ratio se fallit ac sibi temere persuadet, quod aliorum quoq; iudicia cum cupiditate sua consentiant. Ex qua opinione se uocatam diuinitus inter-
dum existimat ad defendendas eas rationes, cuius uocationis nullum argumentum, neq;
scriptura neque afflatu, id est, occulta reuela-
tione, neq; ullis circumstantijs appetet. Quod si quis profana & fluxa causa ad iudicationis impiæ patrocinium adducitur, sine singulari-
metu cordis nedum contra animi sententiam, apud tales hęc consiliij uerba minus loci ha-
bent: ope Dei fretus causam aggrediar uisu-
rus quid Iesus &c, Dominus enim Iesus noster ad simulatam mentem boneque rei specimen falso p̄ae se ferentem nequaquam atimum adiicit, sed potius eam odit atq; execratur.

Proinde hypocrisia & uitia in religione laten-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 162

latentia, si aperire se circumstantij s' incipiunt,
accusentur, & si fieri manifesta & iudici per-
specta, puniantur. Quia in re non uerendum;
ne bonum titulo malum quaremus, nec malum
boni existimatione afficiamus, neq; innocen-
tes molestia, neq; fontes grauemus maiore,
quam pro debito suspicione ac praejudicio.
Quanquam in leniore parte minus est pericu-
li, si cautio adhibetur, ne scelera robur & spe-
ciem probitatis impunitate adipiscatur. Quo
fit ut in patientia & probationibus euicta
crimina etiam in hypocrisim, hoc est, in dolu
malum pius Magistratus animaduertat se-
ueriter, si eam duplicitatem animi documen-
tis certis deprehenderit. Sed idem cogitatio-
nes ac technas cordis, quæ latent, ad occul-
tum Dei iudicium refert, iuxta illud uulgo ia-
ctatum: Cogitationes à pendendo uectiga-
li sunt immunes ac liberæ. Impunitæ enim
sunt inter homines, si ignorantur. Sed qui re-
nes explorat Deus ea mala quæ in recessu me-
tis latent, iusto iudicio disceptat rigi-
deque condemnat, ut nullus su-
persit locus refugij.

N ^{iiij} Define

DE MISSA, MATRIMONIO ET

DE FINE MUNDI, ET ANTICHRISTI,
atq; totius universi interitu, & quid sit Antichristi abominatio, quomodo detestanda
pijs, & qua ratione ille interficien-
dus a Christo Domino.

CAP. XXXIII.

*Appendix
Consilij.*

Iam ad Consilij demonstrationem accedamus. Quod si Missa, inquit, & Sacerdotum concubinatus execratio est Antichristiana, si ne dubio contra uerbum Dei facit, qui ea magna gladio abarcere, & supplicijs opprimere cogitat. Quia abominatio Antichristi usque ad finem mundi permanebit, quam nulla potestia, ante constitutum terminum extinguet. Dan. viij. & ix. capitibus. Et Christus ipse iubet ut discipuli sinant zizania cum tritico usque ad tempus messis, unde crescere. Mat. xiij. Ergo hoc syllogismo nititur: Nepharium est Antichristi execrationem ante consummationem seculi ut ac potestate abolere. Missa et Concubinatus Sacerdotum sunt execrations Antichristi.

Missam igitur & concubinatum nullus princeps e medio tollat.

Ad enunciata huius collectionis ordinere, spondebi

IVRE MAGIST. IN RELIG. 103

spondebimus. Principio maiorem hanc illam probant tria illa scripturæ loca, quæ modo re petiuimus. Sed ea longè aliam sententiam habent scientibus, quid finis mundi, & quid sit Antichristi abominatio. Primū, Finis mundi in quem Moses & Prophetæ aduentū Christi constituerunt ac futurum prædixerunt, nō Finis mundi quisit.

tantum est seculi huius consumatio, sed pariter est carnis & sanguinis interitus. Quæ reuelatio Iesu Christo per spiritum sanctum intererunt, ubi æterna bona sine lege & sine meritis, prædicant, & ex mera gratia conceduntur. Quæ bona in mentibus illustratis hic incipiunt. Nam qui credit habet uitam æternam: Primitiæ spiritus quas credentes acceperunt in uitam æternam continuantur, quotidiana אַחֲרוֹת הַיּוֹם fidei auctione. Quare illud extremum dierum, de quo Moses, & tempus, & dies, & hora illa de qua Prophetæ, similiter & finis seculi ac plenitudo temporum, de qua Apostoli exordium coepere, simulatque per mortem crucis ad patrem reuersus est, & spiritu igniq; sacro intra homines mundum depopulari adorsus est. Iudicium enim Domini à domo eius initiu habet, ex quo pax mundi disturbatur. Iuxta illud Christi: Veni ut ingerem accenderem in terra. Item: Non ueni mittere pacem, sed gladium.

N V Ergo

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Ergo extre^mum mundi tempus in die Pen^tecostes cœpit, & usq^{ue} ad reuelationem iusti iudicij duraturum est, quod quidem per Christum hominem exercebit. Quare et fines seculorum in nos inciderunt. Nunc enim est ultima ætas, nunc est terminus mundi, & exortus æternæ diei. Nam terrenis omnibus apud nos occidentibus diuina lux æternæ cognitionis nobis credentibus oboritur. Finis mundi pri^dem in nos aduenit, ex eo q^{uod} omnes mortem appetivimus benedictā, quoniam Christus p^{ro}nobis mortuus est iij. Cor. v. Respiceret igit^e in mundum ijs nō licet, quibus mundi terminus illuxit. Mundo quidem uere Christiani cl^{er}icum utuntur, sed tanquam non utentes, quandoquidem uoluntate & consilio supra illa temporaria, in illud æuum æternum suspe^ctant.

**Abominatio
Antichristi
iam deletur.** In fine inquit mundi, nec citius delebitur abominatio. Idem & nos credimus, & nunc ea ex parte, gratia Deo deleta est apud nos, quod in gloriam Christi prædicamus. Cuius uirtute & Verbi Dei gladio, spirituq^{ue} oris eius ex conscientijs hominum, indies magis magiscq^{ue} abiicitur. Ex parte defectionem uidemus, & eum cognoscimus qui in templo Dei, hoc est, in mentibus electorum pro Deo haberi, adorariq^{ue} cupit. Ingruit etiam nonnihil

IVRE MAGIST. IN RELIG. 104

hil dies Christi, ubi uiget adoratio cœlestis patris, que est in spiritu & ueritate, & si proh dolor id imbecille & ualde adhuc imperfectum est. Nam execrationi Antichristi tantum loci apud nos non est atq; antehac fuit. Quia Dominus & magister ipse intra nos in opere est. Christus nos repurgat & apparat in ueros Leuitas, ut est in prophetis promissum. Hoc sumus & in hoc stamus ad laudem & gloriam nominis Domini.

Sed quod mundus id circa q; ex parte Antichristus patefactus est, repente sit interitus, id nondū uidetur expectandum, & si signa frequentiora produntur, quæ sub finem praesentis dispensationis suæ Christus futura esse prædictum. Tot bella patrum & maiorum memoria immo seculis omnibus inaudita ferè perpetuantur: tanta conscientiarum est tyranus, tanta persecutio, tanta morum fidei q; de populatio, tot dissidia, tot sectæ, tantaq; intericio charitatis, & in summa omnes celus & flagitium stat in præcipiti, ut completam esse mundi malitiam facile cernas.

At necdum satis est Antichristus perspectus, neq; ad omnes noticia eius promanauit. Fortassis & Consultor noster illum non nihil ignorat. Videtur enim quod plus tenebrarum quam illuminationis Christi experiatur, nam per lu-

*De interitu
uniuersi.*

DE MISSA MATRIMONIO ET

per lucem Christi reuelatur, cuius contrarium
consilium eius spirat. Deinde non prædicatur
tam late Euangelium, neque dum plenitudo
gentium intravit, necq; Israel seruatus est, sed
in densissimis ignorantia tenebris adhuc ia-
cet, & seruandum totum aliquando nos cer-
tissima fide expectamus.

Satis diximus, quid sint extremi dies, & qd'
ij nobis iam olim exorti sint, & si nondum per-
fecte, sed indies clariores eluescant, ex eo
quod opera Domini donaç; eius per ministe-
rium Ecclesiæ indies magis magisq; in nobis
exaugescunt amantibus ordinem & unita-
tem Ecclesiæ ad mutuam nostri ædificatio-
nem, nam se etæ indies in peius merito profici-
unt, & boni inter eos pulchre concedunt ad
Ecclesiam.

**Abominatio
Antichristi
quaæ sit.**

Sed Antichristi abominatio & si aliquan-
do penitus abolenda est, subinde tamen cuicq;
crediensi nunc atteritur per assiduam pugnam
fidei. Quid enim est abominatio Antichristi,
quam ignorantia Dei, prudentia carnis, uo-
luntas & facta Christo contraria, ut quaæ ex
amore nostri profluant, maxime quaæ reuelatæ
uiæ sanctorum, uiæ crucis Christi ad uitam
deducenti aperte aduersantur. Antichristiana
sunt igitur quaæcumq; ueram poenitentiam que
est angusta porta ad uitam & remissionem
auertunt.

auertunt . Nam quia ex Christo fluit sui die
splicentia & fiducia in Deum,necesse est , ut
ex Antichristo sit nostri amor,& contemptus
donorum Dei . Et ut semel dicam,quæcunque
non faciunt pro Christo sunt Antichristiana.
Nam ait , qui non mecum congregat disper-
git . Et, qui non est mecum, contra me est.

Quare Antichristi abominatio non est hu-
ic aut huic peccato astringenda , sed est latissi-
me intelligenda . Nam est corrupta natura
hominis quantacunq; est . Nam ex amore no-
stri , tanquam radice pessima queq; progig-
nuntur,que Christo Domino cursuiq; gratie
obsistunt,in locum & existimationem Dei se
ingerunt,pro Deo reputari appetunt, cultuq;
& adorationem sibi arrogant . Tametsi id no-
minis in eos proprie usurpatum est , qui titulo
diuini cultus falsam religionem ac dæmonio-
rum doctrinam amplectuntur,& alijs obtru-
dunt suis institutis.

Omnes electi contra hanc execrationem,
neq; ès bōdīn ymā rōrō tō φυσικόν per gratiam ac spi-
ritum Christi uehementer exasperati incen-
sicq; sunt . Nam peccata naturalia sunt eistor-
mentum ingens . Quemadmodum in Psalmis statut.
oratorijs & in precationibus Prophetarum,
sicut Abacuciij . Deuter. ix. & alia spespicue
uidere est . Quin uulgatus nihil est in Eccle-
sia,

*Antichri-
stum quisq;
intra se dete-
statur.*

DE MISSA. MATRIMONIO ET

sia, quām naturæ ueteris fastidium ac detesta
tio, propter cuius reliquias pīj apud se mo-
rent, anguntur, cruciantur, miserisq; modis tā-
tum mali nunquam non deplorant, ac uotis
omnibus deprecantur. Qua tamē afflictio-
ne animiq; cruciatu beati sunt Christi testi-
monio. Beati enim qui lugent, quia consola-
tionem accipient. At quis non luxerit sedu-
lo, qui se hene nouit. Nam quid tristius a clu-
ctuosius esse poterit quām experiri quotidie,
quantum repugnantia in cordibus nostris, &
aduersus spiritum tumultuetur, & pergenti-
bus in uia domini pertinacius obsistat, Quod
quidem uniuersum ad Antichristi satellitium
annumeratur.

*Pīj detestan-
tur externā
quoq; abomi-
nationem.*

Sic res habet intra nos. Ex animo enim exe-
cramur quæ aduersantur Christo, maxime au-
tem id quod illi intra nos aduersatur. Sed hic
zelus Dei interior & falsorum cultuum uitę
que improbae detestatio, effundit se in aper-
tum, cum nos impiam doctrinam & hominū
constitutiones quæ in iniuriam gratiæ & li-
bertatis Christianæ pro conscientijs confir-
mandis ac meritorio cultu habentur, asperna-
mur, refugimus, & frequentibus concionibus
iustisq; libris ē publico explodimus. Nam
gloria Christi imperiæq; multitudinis fa-
lus nobis pastoribus gregis Christi merito cor-
di est.

di est. Qui redempti Christi sanguine sub ser-
uili iugo repugnantium constitutionum gra-
uiter gemunt. Atq; hanc ob causam, faculta-
tum, existimationis ac uitæ discrimina nos
certa manent. Sicut hoc tempore, syncera in
Christi satisfactionem fides, & iuxta huius re-
gulam ceremoniarum, morumq; correctio om-
nium audit pessime. Sed credimus ideo loqui-
mur, nihil deterriti, neq; minis neq; exemplis
plurimis, quæ in nostros passim ædit hypo-
crisis aduersariorum.

Atq; utinam arderemus magis, ad amplissi-
mam Christi gratiam prædicandam cum con-
tumelia uanæ eius confidentiæ, quæ contra
Verbum Domini seculis aliquot inualuit.
Hoc zelo flagravit mirifice propheta Helias,
quo tot prophetas ac ministros Baalitas in
Carmelo mactauit, simulq; Dei ueri notici-
am apud populum suū restituit. i. Reg. xviiij.

Ad cogitandum super Missis abrogandis,
& impudenti Ecclesiasticorum scortatione
eradicanda tuam non dubie Celsitudinem, &
administros Verbi permouit, studium gloriæ
Dei, & Christiana in subditos dilectio. Nam
quem non incenderet quod execratis missis,
fidem in Deum per Christum eius, & uita pa-
lam flagitosissima, omnem pudicitiam, probi-
tatem ac religionem, duces religionis professi
obligeo.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
obliterant ac depopulantur. Sed hac de repos-
stea.

*Spiritu oris
Dei interfici
tur Antichri-
stus.* Iani ad scripturæ testimonia respondebi-
mus: Abominatio Antichristi, donec intra
cordis penetralia latet, per Verbum Dei tan-
tum iudicatur, spirituq; oris Dei, non armis
carnalibus interficitur. Nam arcana cordis,
hoc est spiritum hominis, nulla uis mortaliū
attingit. Quod in abolenda interiore abomi-
natione liquet, quæ nihil est aliud quām uera

*Quid sit abo-
lere abomi-
nationem in
ternam.* inuocatio, quām noui hominis secundum De-
um procreatio, quām uiuiscantis sapientiæ
integritatis ueræq; uitæ donatio. Quarum re-
rum largitio nulli congruit creaturæ, ut cuius
facultatē omnem infinitis modis superat. Nā
ea largiri unius est opificis omniū prærogati-
ua, de qua re diuus Paulus & propheta Dani-
el differuerunt. Itaque abominatio latitans, a
magistratu secura est. Sed in eā Deus animad-
uertit, primo tacita animi religione ac metu,
Deinde uerbo prædicationis, quo quidē con-
scientia sceleris quieta commouetur. Proinde
Magistratus in occulta iudicāda sibi ius usur-
pans, Dei partes inuadit. Quid autem illa ad-
uersus Celsit. T. institutum? quæ externa of-
fendicula propriæ submouere: uerbum prædi-
cationis & sacramēta, more et instituto pio of-
fare; suæq; curationi obnoxij adiumenta ad
conse-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 107

consequendam purorem doctrinam authoritate sua adferre studet. Ex qua rursus uitæ officia scite conformantur, quæ pridem obscoena libidine, & hac foediore Dei ignorantia per sacrificios misere infecta & cōspurcata fuerunt.

Quod si talis abominatio cordis in opus prodit, & in lucem erumpit, tum in eas leges politicas quæ de externa Oeconomia Ecclesiæ cauent, impegitse statim dinoscitur, & necessario per eas plectitur. Quia potestas ministeria Dei est, cuius unius est iudicium, Dei iugurta uoluntas ei exequenda est. Ex quo fonte causa manat, cur supplicium de falsa doctrina sumendum esse lex dixerit. Deuteronomij xiiij. ubi Iudici præcipitur, ut eum puniat, qui aliorum fidem labefactare conatus fuerit. Radix igitur abominationis Antichristi, quia abdita & abstrusa latet, gladio oris Domini solo perimenda est, sed rami & fructus seu falce per Magistratum deputantur, ut sunt Misericordia & scœda libido Ecclesiasticorum, quæ malitia lex Dei castigat per Magistratum, quia noctis hominum subiiciuntur.

Q V O D A B O M I N A T I O N E S N O N
sint zizania, Cesar Euangeliū nō persequitur
uoluntate, sed errore, & delegibus
pro quiete publica facientibus.

Q Cap;

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
CAP. XXXIIII.

Opponit Consilium illud. Homo peccati & filius perditionis , prius reuelabitur. Reuelabitur sane, sed nusquam scriptum est, Potestati nefarium esse si puniat reuelatam blasphemiam, & publica offendicula, si cut est Missa & sacerdotum concubinatus, & si ad plenū omnibus, uerus Antichristus non dum detectus est.

*Zizania an
& quomodo
euellenda.*

De zizanijs, bene est. Non sunt euellenda intempestiue. Matth. xij. sed luculenta in gloriam Dei conuictia, & corruptela morum publica non sunt zizania illo loco, sicut Christus ipse explanat, quia zizania relinquuntur, sed huiusmodi uitia & flagitia lex modo citata, mature tollere iubet. Zizania enim sunt filii iniquitatis filijs regni admixti & specie tenuis pares, sicut zizania tritico. Nam habitu & cōuersatione pietatem ostentant. Intelligit itaque per zizania subtile hypocritas. Quis enim istos fucos citra facturam simplicium, in aperatum producet? Nam qui simulationem studio sum reñcit, is uidetur ineptæ multitudini an sam omnem posthabendi curam bene uiuendi præbere. Id quod quibusdam Ecclesijs euenisse prohdolor nimium in cōerto est. Nec tales Ecclesiæ facile declarabuntur, quo cuiusari possent

possent, cum probitatis ac pietatis specimen
 aliquod illustrius de se plerique præbeant,
 quam ex animo p̄j ualuerint. Habent quidem
 notas non obscuras, sed que paucis cernuntur,
 quibus animaduersis id sunt obseruatoribus
 suis, quod dicuntur, uidelicet mendaces, uani,
 hypocritæ, alioqui pro ueris, iustis, & germano-
 Christianis habentur, ut est iudicium ho-
 minum imperfectum. Tandem autem fructi
 bus cognoscuntur, & uulgo manifesti fiunt,
 nam crassis factis ceu cordis impij fructibus,
 maledicti esse dinoſcuntur. Quo tempore illo
 sum messis plane appetiunt, et palam tum deuo-
 tentur, & è cœtu fidelium eliminantur, si qui-
 dem exemplo prauo Ecclesiam laedere petrex-
 erint Quod si intruduerit adeo ut & iudici li-
 quere coepit, quid ille nō faceret officium et
 poena multataret, id quod numen æternum
 esse multandum censet. Priuati hominis con-
 tumeliam Iudex inultam non patitur, & in
 Deum dictam & factam ferret. Bene cælata
 hypocrisis & Ecclesiæ admixta, non est pars
 crucis nostræ minima. Itaque absurdos istos &
 occulte noxios patimur & ferimus, donec ip-
 si sua sponte à nobis discesserint, aut seges im-
 pietatis eorum ad messem diuinæ iudicij ma-
 turuerit. Quid quod semet quisque tolerare co-
 git. Nā quisque sibi est oneri, quatenus in hac
 carne degimus.

O ñ Quod

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Quod si zizania dicendæ essent manifestæ abominationes, et omnes filij iniuitatis, qui tum facinorosus ueniret plectendus. Filij enim iniuitatis quæ proprie zizania sunt usq; ad finē mundi relinquuntur. Atqui palam scelerati & flagitiosi & in Deum maledici, sunt quidem filij iniuitatis, sed non relinquuntur per leges dei, quæ eos è medio prorsus tollunt. Sequitur tales iniuos esse zizania, qui tritico filiorum Dei per simulationem admixti, partim ignorantur, partim ex fructibus cogniti, uisceribus ecclesiæ adeo sunt inserti, ut sine grauiore bonorum incommodo tolli nequeant. Malum enim immotum aliquando relinquitur, ne intempestiuus exturbato impietasmalum pestilentius succedat.

Hoc Satanus querit, deterret Celsit. T. & alios Magistratus, ne officio ad gloriam Dei promouēdam, prout ipsis commissum est, per fungantur, quo populus calamitosus agat sine pastore, & sine ordine, sineq; obstaculo ad exitiū ruat. Nā pars nō minima principalis munieris est, conseruare in populo uerbū prædicationis honoratum ac splendidum: deinde efficere ut mores honesti polleant, maxime quadrantes religioni, quamuis id rideat Con-

Hactenus argumētis & scripturis est usus,
ad pro-

ad probandum quod Antichristi abominatio
potestate terrena perimi non debeat. Iam eam
edictis Cæsaris & procerum imperij commu-
nit, ut si scripturis parum euicerit, constanti-
am fidei tuæ horribiles minæ labefactent. Ex
quo Cæsareæ maiestatis indeclinabilem uim
atq; commeritam iram grauissime denunciat.
His uero terroribus, quomodo nos liberaueri-
mus ferè ex dictis liquet. Nec dubitamus quin
eas pia mens nedum Celsit. T. prudentia per
se facile excludat. Nihilominus subiçiemus
pauca que Christiani tanquam certa præsidia
contra tales Satanæ incursions in promptu
habent. Potestas timenda est malefactis. Si
non uis timere Magistratum ait Paulus, fac
bonum opereris. Quod si inferiores Magistra-
tus Euangelium, honorem Dei, bonosq; mo-
res apud suos promouent, non est cur sibi ti-
meant, à superiore potestate. Necq; reges, necq;
adeo Cæsarē, ceu religioni obstricti supsticio
sius metuāt, q; suā potestatē à deo acceperunt.

Sed quid inquit? Cæs. Mai. & alij principes
uestram confessionem non solum non bonam
agnoscunt, sed ut exitiabilem errorem seueri-
ter condemnarunt. Quam à ditione quisque
sua edictis & supplicijs fortiter abarcet, ut ui-
deas defuisse occasionem non animum, quo
minus iam ante perieritis. Eam occasionem

O iii tandem

*Minatur ira
Cæsaris.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tandem dies afferret. Huiusmodi minis nos
territant hostes de euentur nimium securi. At
nos agnoscimus omnipotentem esse Christū
nostrum, cuius unius iusticiam per Euangeli-
um querimus. Eius in manu est principum spi-
ritus: si uolet eorum animos atq; iudicia com-
mutabit, & ex hostibus amicos & defensores
faciet, aut obstinatos in necem nostram auer-
tet iamiam ceruicibus nostris imminentes. De
inde scimus pilos capitis nostri illi numeratos
esse. Nullumq; sine eius uoluntate casurum in
terram, in eo consistunt omnia. unus uiuiscat
omnia. In hunc speramus, ut Deum uiuum, &
ut indubitate nostrum, qui est Saluator, maxi-
me fidelium. Ergo nos qui credimus certo ser-
uabit a malo. Quanquam nos de Cæsare, prin-
cipe tanto, tam rerum perito & tantopere ad-
dicto religioni, lōge meliora speramus, quām
isti profani homines exoptant, & ominantur.

Hac fide atq; hac expectatione pollent pri-
ncipes & respuplicæ, quibus in suum popu-
lum per Germaniam in suos subditos & ciues
competit merum et mixtum imperium, indeq;
sine metu pro gloria Dei id gerunt, nam ius
gladij plenum habent, quod esse Dei & a
Deo per Cæsaream Maiestatem in se deriu-
tum sciunt. Omnis enim potestas a Deo est,
igitur & potestas nostrorum principum non
minus

Potestas
principum a
Deo,

minus quam Cæsar is huius nostri potentissimi optimi maximis, & potestates natura parentes sunt, quarum est una atque eadem definitio. Sicut non minus musca quam elephatus a Deo condita est, & non minus est substantia animata sensitua. Eadem enim in his ratio animalis. Non dissimilis est ratio potestatis a Deo ordinatae, quocunq; in subiecto ea fuerit, & si alijs in plures alijs in pauciores competit. Cuiuscq; igitur pleni Magistratus potestas, id est merum & mixtum imperium a Deo est ordinatum atque tributum. Nullius igitur mortalis beneficentiam diuinam præferant largitati principes. Deo gerant acceptum munus, illius gloriam & proximi salutem præcipue current, pro fidei ductu Rempub. administrent, ex fine animi robur concipient, minas hominum cōtemnant. Maior Christus eorum est a quo id muneris quod gerunt eis demandatum est, cui se in baptismo deuouerunt. Maledictoruū est ad folij de arbore decidentis strepitum exhorrescere. Christianorum Deo suo secure fidere, cuius prouidentia in bonum omnia cedunt creditibus, quamuis aspera aduersaque carni uideantur.

Atqui nihil adeo periculi a Cæ. M. imminet pie ac religiose conantibus. Princeps enim est tum uirtute tum animi constantia summa,

O iiiij adde

DE MISSA, MATRIMONIO ET

adde & timens Domini, fugitansq; dum licet
a tranquillitate publica, omnem uel opinio-
nem sauitiae ut in hostes quoq; moderatio-
nem & se penumero mititatē eam tueatur, que
post sibi fraudi sit perfidia aliorum. Multo
minus in ciues suos officiosos truculētus erit,
ut sunt Germaniae principes, & Magistratus
Rerumpub. officiosissimi, præsertim qui ab
Euangelio stant, cum per omnia iussis Cæ-
sareanis obsequuntur ac parent, quatenus ci-
tra conscientiæ periculum possint.

¶ Cur Cæsar
Euangelium
persequitur.

Quod edictis & supplicijs Cæsareanis, re-
nata hęc doctrina Euangelij impugnatur, id
non credimus odio eius fieri, de qua nondum
ei licuit tot grauissimis bellis inuoluto cognoscere. Odit igitur quod maleuoli causæ tribu-
unt, non id quod est in causa, odit quod audit
nobis tribui nō hanc nostram doctrinam, ni-
mīrum odit studium nouandi, odit licentię ap-
petentiam, proculcationem bonarum legum,
profanationem Sacramentorum, impium Ec-
clesiæ contemptum, & id genus. Quis infan-
da illa mala non oderit? Quibus sceleribus
absentes constanter accusant, qui diligentem
iporum ministerij, & nostræ, ut uocant inno-
tiationis animaduersiōnem pertinacissime fu-
giunt. Quam uero falso nos istis horrendis cri-
minibus deferant inimici, dies Domini tandem
aperiet,

IVRE MAGIST. IN RELIG. in

aperiet, quo reuelabitur iudicium Domini, quo
nunc eorum impia pertinacia cōdemnata est.

Verum clementissimus simulatq; pientissi-
mus Cæsar, amore concordiae Ecclesiasticae
tuendæ, in nostros fratres inflammatur, tan-
quam nouarum rerum studiosos. Quam &
nos & alij consortes in Euangelio nostro uo-
tis omnibus defensam amplificatamq; cupi-
mus, adeoq; defendimus & amplificamus for-
taffis commodioribus rationibus, quām ad-
uersarij, qui cum sint acerrimi hostes reforma-
tionis, Ecclesiam, titulo eius asserendæ, tan-
tum non extingunt, cum ea quæ sunt neruus
Ecclesiasticae concordiae sedulo oppugnant.
nempe prædicationem uerbi fidei & usum Sa-
cramentorum atq; clauium synceriorem, iu-
xta institutionem & præceptum Christi. In
quo est status controuersiæ nostræ. Necq; sub
 nomine Christianismi pax speranda est sine
fide in Christū, quæ ministerio nostro promo-
uetur, & eodem confertur. Politicam enim pa-
cem nos similiter colimus, sed suo loco & ordi-
ne colimus, nempe, ut sit citra iniuriam Dei,
Ecclesiasticā autem sine exceptione, quam pīj
omnes amant: quæ adiunctissimo cōsensu in
Christū Iesum cœi redemptorē solum cōstat,
in quo uno iā sumus eterne hereditatis partici-
pes sine meritis nostris, ex liberali dono Dei
per eundē,

O v Nam

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Nam pax protinus cōstabat inuiolabiliter, si fidei iusticia per Christum undiq; apparetur, ad quam consequendam bonus Ecclesiastes adiuuat, qui uerbum prædicationis & sacramenta et absolutionem ut ab eodem Christo sunt instituta administrat. Inde æquabilitas de se, & de alijs iudicandi, inde moderatio & uerecundia, inde consensio animorum, studiū demerendi alios, tolerantia in malis, promptitudo aliorum onera ferendi, et omnino boni ac mitiores mores comites fidei sunt et proximi dilectio per omnem Christiani nominis orbem electorum propagatur. Quod si opera commentitia quæ non habent qui ea obtrudunt maxime & si constitutions præcepit q; hominū in cōscientias, sine gratia Christi regnant, certum est ut externa pax ui et me tu constiterit, bellum tamen cum Deo reuera excitabitur. Lex enim iram operatur, quæ expiatur tantum in Ecclesia. Sed ecclesiam Christi nullam habebimus, si ea non fuerit prædicatione penitentiae & remissionis peccatorum in Christo constituta.

Itaq; ut nunc res habent, nulla pax in Christiana religione speranda est, ne quid dissimilemus, donec aduersarij aditum Euangelio impediunt. Quem totis viribus etiamnum impedirent, Nam cultum Dei & conscientiarum tranquili-

tranquillitatē docent ab ineptis cōstitutiūculis pēdere, q̄bus sponsa Christi ceu de lapi- de empta aut captiuā in seruitutē abiectissi- mam traditur. Tot enim doctrinæ & uitæ corruptelas in Ecclesiam impudenter conuer- runt, quas ferre homines coguntur. Quia col- lapsa uera disciplina tantum laruis inanibus plebem terrant. Necq; facultas est, Ecclesiæ se ueris rationibus retinēdi in officio, ex eo qd̄ claves ecclesiæ aboleuerint, & q̄ omnis eorum administratio Christū partim recta oppug- nat, partim illo rite meditando clanculum a- uertit. Tantum auditur in templis tumultus cantionum, missarum, ceremoniarum, quæ ut cultus nouo testamento proprius exercentur, & conciones, si quæ fiunt, & quæstum non ex professo captant eiusmodi humanas constitu- tiones præ uerbo Dei attolluntur. Necq; tamē nos ceremonias reijcimus, sed approbamus eas in Ecclesijs, quæ ad ornandum Verbum Euangelij & sacramentorum usum adbiben- tur, quibus sane opus habemus ob ruditatem populi expoliendam & omnino ad excitandam carnis nostræ tarditatem.

Quod tamen Consultori frustra forsitan recensemus, qui non diffitetur esse abomina- tiōes foedas pleraq; in templis usitata, ut sunt præceptum de confessione peccatorum cum omnibus

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

omnibus circumstantijs Sacerdoti quotannis
constituto tempore facienda, ut in usu est. De-
inde absolutionem confitentium, quæ est si-
ne fide, quia sine uerbo domini, quod quidem
confitentibus nullum exponitur. Deinde sa-
tisfactionem pro peccatis imperatam, & reli-
qua ad unum omnia, quæ ab illis tanquam
opera meritoria uendantur. Nam sic uidetur
etiamnum fateri. Hoc autem est nocentior,
οὐδεὶς οὐλεῖται ἡμῶν quo pietatem splendidius
mentitur.

Leges pro
tranquillan-
da ecclesia

Consignemus nunc leges pacis, quæ sunt
omnium iudicio, æquissimæ, eas si iussent ad
uersarij nos iussas officiose accipiemus. Pri-
ma sit, Verbum Domini ac fidei libertas nul-
lis hominū inuentis impedianter. Altera. Sa-
cramenta à Christo instituta, ut instrumenta
gratiæ quibus fides roboretur prædicentur.
Tertia. Ordinationes et disciplina in Eccle-
sia, pro ornando Verbo & inculpatis mori-
bus tuendis, aut ex antiquitate repetantur, aut
ex collapsis istis in melius correctæ conser-
ueni. Quid aliud prætenderint ceu necessariū
ecclesiæ non uidemus, siquidem disciplinæ
Ecclesiasticæ latitudinem considerauerint,
quæ multis eonstat partibus. Neque enim ulla
ætas Christianæ religionis aliud ab illis pa-
stulauit. Nam argutas disputationes quæ ex-

tra scopum & extxa ædificationem in Deum
uersantur ipsi horremus, sed cupide amplecti-
mur scripturæ simplicitatē, qua unā spiritus
negociūm uniuersum perficitur.

A Cesarea Maiestate, quis expectauerit ali-
quid uolenti in religionem ueram designan-
dum. Et nos ea sumus causæ fiducia, ut nihil
dubitamus quin in hac fidei causa nemo nos
erroris possit coarguere, quantum inquam at-
tinet ad ea quæ sunt de necessitate salutis. Nā
quis non orat cum ecclesia ignorantiae meæ
ne memineris. Non est fidei causa intellectu
difficilis. Et in paucis admodum eius ampli-
tudo uersatur. Nos em̄ Christum perfectum
redemptorem esse confitemur, illi autem par-
tem salutis ad nostra & ad aliorum opera fri-
gidasq; hominum constitiuendas reiçiunt. *Summa con-*
uersiæ trahuntur. Sed & aliam causam irarum
habent, correctam scilicet politiam in Eccle-
sijs & ex prauis redditos mores synceriores,
quibus suaves isti homines non assueuerunt.
Nos censuram timentium Dominum neuti-
quam horremus, quia nullo terreno respectu
in hancarenam descendimus. Et scimus nos
mandatum diuinitus accepisse reprehendendi
omnem carnem, id q; p Verbum domini, quo
sunt omnia condita, cuius spiritus primitiæ in
nobis

*Causa securi-
tatis nostræ.*

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Nobis sunt quo iudicantur omnia, & à nemis
ne iudicatur. Quomodo enim naturalis ho-
mo iudicaret de doctrina spiritus q̄i ignorat,
at de nostra doctrina nobis uolentibus iudi-
cant instituti in Christo, id est, Ecclesia Chri-
sti, quia sedentium est iudicium.

QVOD CAESARI PAREANT EVAN-
gelici Magistratus, de Senatus imperij decretis,
& expectatione concilij œcomenici, &
cur Philippus Marchio Badensis
ab Euangeliō descuerit.

CAP. XXXV.

Tandem inquit Consultor C. M. edicta
ac scita sacri imperij & expedita & de-
fensa curabit &c. Istiusmodi terroribus à te-
nore ueritatis deturbare nos imbecilles ac me-
ticulosos conatur. Atqui scimus quid sacra-
tiss. C. M. quid proceribus imperij obsequijs
ex conscientia debeamus. Atq̄ eminentem
potestatem quam ex Deo obtinent, agnoscim-
us, necq; eis parere detrectamus, uel q̄ equa uel
iniqua imperantibus, siquidem intra officij sui
ſæpta restiterint, ne quis Reipub. Christianæ
cives turbulentos nos esse existimet. Deinde
meliora nobis de Cæsare pollicemur, quām
ut uim

ut uim aduersus Christum ac doctrinam eius nondum cognitam uelit exerere. Audiemur non dubie tandem rationem fidei nostræ reddituri. Nec cōmittent alij à quibus rerum humanaarū summa pendet, ut posteritas quę libet, iudicijq; certioris futura speratur, eos oppressæ ueritatis in omnem æternitatem accuset atq; condemnet. Penes quam erit de publicis causis huius seculi sine metu offendæ & si ne gratiæ cupiditate pronunciare.

Extant in nos quædam procerum imperij decreta, Quod nō miramur, quia semper aspera sunt bonarum rerum principia. Deinde animalia uentris compendio suo timent, quorum imposturæ nostro Euangelio deteguntur, præterea nunc arma omnia expedit Satanæ, de cuius regno agitur, extinguedo per spiritum oris Christi. Postremo pīarum mentium est nouarum rerum studia odiſſe, naturali quodam affectu, qui ex morbo originis ad huc supereſt. Nouarum autem rerum speciem aliquam, nescientibus nostrā doctrinam præbemus cum antiquamus ipsam huius postremi seculi superstitionem. Ideo in nos publice dictas esse sententias duriores nihil mirandum

Verum interea remelius animaduersa Se-
gatus imperij Cæſare alijs curis uacante mitius
constituit

DE MISSA MATRIMONIO ET

constituit, simulq; eius M. quia uidit cogni-
tione ulteriore causam opus habere, rursus pa-
cem usq; ad futurum Concilium nobis confir-
mauit, quod in horas indicendū expectamus,
utinam non frustra. Nam hominibus magnis
uidetur, quod de religione meliores rationes
institui nolint, eōq; titulum conciliū iactan-
tes querant, quo mundum fallant securius.
quasi causæ bonæ fiducia securi cupiant il-
lustrari religionem, atq; mores corruptos ad
tollerabilem modum reformare. Atqui Cæs.
Mai. Concilium publicis literis promisit, &
ei institutorex Romanorū Ferdinandus sere-
nissimus, ut est publici ocij studiosus & felix
obseruator, pleno ore suffragatur. Neq; ambo
omittunt interim per literas & legatos contra
minas quorundā securos nos reddere, iubent
que ut ocium promittentibus certo fidamus,
contemptis uulgi sermonibus, qui ab hosti-
bus pleruncq; excitātur, nam se ob religionem
nullo Magistratui facturos esse negocium, do
nec fidei causam Concilium liberum excusse-
rit, quod breui sit instituendum. Quamobrē
igitur tantis autoritatibus non haberemus fi-
dem, quid culpam nostræ perfidiæ in princi-
pes tam pios, reijceremus cum per nos liceat
esse pios modo species seditionis uiterur. Vni-
us Cæsar is affirmatio nobis longe sanctior
est.

IVRE MAGIST. IN RELIG. 117

esse debet, quām ut in dubium uspiam uenire
id sustineremus, quod idem toties sciens pru-
densq; nostris promisit, & si cum aliqua for-
tassis adiunctione promisit.

Quod si concilium coabit, ut ex hostibus
aliqui nunc uidentur ex animo petere, q; hacte
nun uelis et equis quod aiunt causæ discussio-
nem refugierunt, nihil tum nobis periculi. Nā
quis existimabit tantas fidei quæstiones rej-
ciendas esse ad paucos eosq; malos & indo-
ctos homines. Expectamus enim grauissimo
rum uirorum conuentum, inter quos nonnulli
mysteriorum Christi, ut nomine, ita reuera-
periti sint, non solum ex nostro ordine, hoc
est ex plebeis hominibus, sed etiam ex sum-
mis Principibus, quorum pia prudentia neces-
saria ad salutem res accommode disceptabit.
Postremo ut pessimi ac uiolentissimi homi-
nes in iudices designentur, quod fore non spe-
ramus nefarium fuerit nobis ut ob id formidi-
ne percellamur, quibus promissio hæc à Chri-
sto facta est. Ad reges & præsides ducemini
propter me, cum autē trademini, ne solliciti si-
tis, quomodo aut quid dicatis, dabitur enim
uobis in ea hora quod dicatis. Proinde opem
patris certo expectamus, qui deus zelotes
est. Eius est causa non nostra, neq; nos loqui
natur, sed spiritus patris nostri, ille idem prop-

P ter obit

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ter obsequiū uerbi sui reis patrocinabitur, &
a ui si intēta fuerit, defendet. Ergo facessat me
tus humanus ab animis credentium, quem si
mulator iste uersipellis anxie obtrudit. Maior
ēm est qui nobiscum, quām qui est cum mun
do, omnes pili capit is nostri illi numerati sunt
sine cuius scitu ac uoluntate nullum cadet in
terram.

Quid autem eos uicinos extimesceret Ccl.
T. quibus publicus error luxum ac uolupta
tem suppeditauerat. Conscientia mali non dis
simulandi eos facit timidiores, nam a bonis
nihil periculi, quos a ui retinebit humanitas.
Offensi mali nunc sunt abunde, ex eo quod in
tua ditione prædicatur Christus, & quod si
dei doctrina obtinente eis neglectis illi uni fil
ditur. Ut quibus haud dubium intolerabilis
ius nihil, quām esse qui ad simpliciter nitendū
diuina gratia consuefiant. Cuiq; enim dolet
succedere quod suum auertit compendium,
tam uero quanta lux diuinæ gloriæ effulget in
tua ditione. Nam posthabita in ceremonias et
opera hominum confidentia prouidentiæ pre
fidium quæritur, cuius per fidem in Christum
reddimur certiores: q; ut est reuera, sic iam uul
go persuasum est esse omnium firmissimam
spem, uel aduersus mortis & gehennæ terro
res, quoniam d; benevolentia coelestis patris

pcc

per Christum concipimus. Istos bonis rebus infensissimos aliqua pietatis officia intermit-
tendo cause pietatis equiores non efficiemus,
sed irritabimus potius ad reliqua impugna-
da. Quandoquidem inde in opinionem ad-
ducuntur, nihil nos moliri serio, qui professio
nem pietatis tam inconstanter prosequimur.
Illi obstinata lædendi uoluntas ab exortu E-
vangelij fuit, quo minus lædant, occasio sola
intercessit. Facultatem conuellendi Euange-
lium nostrum non causam tot curis & impen-
sis perpetuo querunt, nam satis esse causæ exi-
stunt, quod ipsis detractum & Christo ad-
iunctum sit plusculum autoritatis. Et uen-
ter mala bestia, tumultantes iracundia in-
super extimulat, quia caligo mendacijs eo-
rum luce ueritatis magis obscuratur. Hac
eos animi cupiditate inflammatos nouimus,
& propensos ad accelerandum nobis interi-
tum. Quare frustra has minas nobis & Chri-
sto credentibus obijciunt. Nam inanes plane
sunt, aduersus eos qui persuasi sunt Christum
resurrexisse à mortuis, & uiuere & regnum
obtinere, obtenturumq; esse in omnem sempiternitatem. Hæc nobis est certissima consola-
tio, hæc anchora, hoc asylum nostrum: Domi-
nus regnauit decorem indutus est &c.

Videmur iam propositionem aduersarij

P ij maio

DE MISSA. MATRIMONIO ET

maiores explanasse. Nam diximus quomo-
do & quatenus nefarium sit abominationem
Antichristi ui delere, aut quatenus deleri pos-
sit ante finem mundi, quid finis mundi, quid
Antichristi execratio, quomodo in eam deleri
dam quotidie p̄ij incumbant, quando exter-
nis signis proditur sanctus ille zelus, quem ad
modum externæ blasphemiarē & offendicula
morum quæ sunt Antichristi contagium, gla-
dio seculari subiçiantur, cui externa omnia
subjecta sunt etiam reuelata hypocrisis Anti-
christi, nam quæ latet interius, ea Dei iudici-
um unum reformidat. Similiter terrores de-
dictis Cæsareanis discussimus, quæ infirma-
mentum maioris pronunciati annexerat, ac si
diceret eos qui citatam scripturam per cona-
rum delendi Antichristum præuaricantur,
supremam in terris potestatem grauiter ultu-
ram esse. Itaq; Dei & hominum ineuitabilem
iram pariter denunciat.

Ad minorem igitur cōsyderandam transfe-
amus, Siquidem Missa inquit, & uetatio ma-
trimoniū Ecclesiasticorum, antichristiana ex-
ecratio sunt, ut uir Dei Lutherus autumat.
Quid hoc est aliud, quām dicere q̄ Missa &
concubinatus sacrificiorū pro quorundam o-
pinatione sit antichristi fceditas reuera nō sit,

Quanquam in meliorem partem, quæ su-
spiciose

spicione dicta sunt libenter interpretetur,
quod solent Christiani tamen artificio huius
loci in suspicionem nobis uenit Cōsultor iste,
quod sibi non sit propositum ut elucidet ac
propugnet ueritatē, sed ut eam technis uersu-
tiacē obscuret & opprimat potius. Nam qui
recta hanc causam acturus esset, affirmaret
Mīssam & incertum concubinatum fāc-
tum esse indubitatam abominationem Anti-
christi. Verum ille ualde cautim & hæsitan-
ter ambigueat ita subnotat, ea Luthero esse
abominationem scilicet, quasi dicat, alijs non
item uideri. Addubitas ne o bone adhuc, an
cultus Dei sine fide, & fœditas uagæ incerte-
que ueneris in talibus uitijs habenda sint, que
in abominationem Antichristi transeant, si
defenduntur authoritate Christi. Quis no-
stræ doctrinæ mediocriter gnarus id in dubi-
um unquam uocauit.

Olim, nisi fallunt oīa, sub Spirensim prin-
cipium conuentum author Consiliū longe ali-
ud censuit, nam deliberatio pia nomine cuius-
dam iurisperiti circunfertur, forte nunc ei alia
etas, alia mens, et aliud iudicium. Tam solida
fide est, quam solide imago ex aquis intuenti
reddita consistit. Ea enim subinde incerta ia-
ctatur pro arbitrio uentorum. Atqui in presen-
tia sic habere, & ad Antichristum utrumq; ui-

*Diuinatio
de animo
consultoris.*

*Grauiter ali-
quando con-
suluit pro re
formatione
aduersarius.*

DE MISSA MATRIMONIO ET

tij attinere agnoscit, non suo fretus iudicio,
sed id Lutheri unius autoritate tribuens, quē
alias non facit maximi, hoc loco autem vir
Dei est, quia sic est instituto suo nunc accom
modum, quasi diceret: Sint sane execrationi
nihilominus conantibus ea explodere vindicta
cem Deum scripture, & summam Cesaris potestiam
ius publicum oponit. Sed prudenter
interim cauet, ne ea esse Antichristi certo ac
diserte asseueret. Nam secum vir cautus reputa
uit quod pium Cels. T. annuum perniciosa
ista foeditas si eam talem esse in dubium non
ueniret, facile ad prosequendum de abolenda
ea consilium perse inflammaret. Ideo rem oculis
patentem ea conditione affirmat, ut eius
assertionis fides sit penes alium, quo coniectu
ram relinquat id non omnibus, neque adeo sibi
forsitan, sed Lutheru cuidam videri, qui non
paucis existimetur esse vir Dei.

Postea sub huius partis epilogum, ubi de
terrendi locus oportunus, Missa illa iterum est
mala & admodum inueterata abominationis,
non tantum ita esse videtur Lutheru viro dei,
quam tot nominibus execratam postliminatio
pridem reuocarit Philippus Marchio Baden
sis, ex eo quod eius principis consiliarij & pa
reeci ardenter rem aggressi, hac in reiram do
mini concitarint, Irg enim diuinæ ^{omnipotens} sit,
quod

IVRE MAGIST. IN RELIG. 118

quod priora sclera peioribus castigentur. Ut detur autem eos aulicos in duplex crimen uocare, primum quod ausi sint abominationem Antichristi a mortalibus per scripturam in-
violabilem eliminare. Deinde quod uetitum illud facinus animosius quoq; obierint, quod ab eis sit factum pessime, nam peius est id faci-
tus, quod est poena prioris, idcirco grauissi-
mam Dominus poenam inflixerit, que sit Mis-
se tam execrabilis reuocatio, quod quidem
sit summum peccatum. Sic ab eventu ceu per-
spicuo exemplo, ut sibi uidetur, nos urget.

Quid igitur? An non iræ Dei nota est, ue-
nisse in necessitatem restituendæ blasphemiae
Dei? Nam cum locum nunc obiter expedie-
mus. Est sane nobis minime ambiguum τινες
μέριον non tantum in populo illius ditionis, sed
in alijs quoq; non paucis tum ciuitatibus tum
tegnis, quæ poena simili exerceri uidemus, irā
Dei in hoc exardescere, ut tandem studio-
sius illius clementiam efflagitent. nam De-
us optimus neminem abiicit in grauiora pec-
cata qui prius minora non admiserit. Est enim
iustus Iudex orbis, alioqui uitia corporis, ut cę-
titatem & id genus, interdum ut manifestetur
gloria sua, immittere solet. Cæterum relapsi
in coenum abominationum, iræ Dei uim cer-
tam sentiunt. Quam quidem non commerue-

Marchio Ba-
dēsis Missam
recepit.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET.

qunt studiosius abrogando abominationes ue-
teres, sed claudicando in utruncq; latus, sauen-
doq; nunc doctrinæ syncerori nunc pontifici-
orum imposturis prout plebis incōstantia eos
impulerit, nam pro ludo mundus Euangeli-
um habet

Proferatur ex antiquitate uel usum exem-
plum ubi facta sit necessitas ferendi impia ulli
populo recta in Dominum & illius uerbum
intuenti. Lex enim præuaricatoribus non ob-
seruatoribus officiosis tam peccatum minatur.
Nam ob gloriam Euangeli metu sepius labo-
ratur ut fert carnis imbecillitas, sed insigniora
pectoris sanguine & uita testantur ueritatem.
Tantum abest, ut aduersis uentis in pelagus
abominationum referantur. Proinde haud sc-
mus an ob fidei uerē studiū aut natio aut Reſ-
pub. ulla depopulata fit. Priuata enim fides in
publicam salutem subit morte pro Christo,
quod facit ad fidei probationē, sed urbes aut
populi sepius in discrimine seruantur, ut in
eis resplendeat potentia diuinæ beneuolen-
tia. Et tamen est cur timeamus nostris, ne si-
bi exitium non uehementi industria, sed socor-
dia creent, qui cum syncero uerbo Euangeli-
tantas abominationes & tam sceleratam
plebis & pseudecclesiasticorum uitam super-
esse sinunt, & non pro uitibus exterminant.

Suum,

IVRE MAGIST. IN RELIG. 119

Suum. n. populū eius rei gratia sepius afflixit,
& tandem aboleuit prorsus. Ita publica im-
pietas & mores palam corrupti, publice sunt
exitiabiles, sed pietas & honesta uita in popu-
lo defensa semper hominibus salutē fuit. A-
deoq; qui publicam speramus priuatā crucem
quisq; pro se expectet.

Iam Cels. T. illustrissime princeps huc pro-
pendet, & à pastoribus animarum eodem uo-
catur, ut subditorum salutem & gloriam dei,
ex Christo simpli citer procuret, non quadam
in consulta temeritate, sed bene meditatis ra-
tionibus & iudicio minime fallaci adductus.
Quod quidem ex abnegatione tui & respe-
ctu præceptorum Dei constat. Huismodi ædi-
ficiatio petræ Christo nititur, & ope Dei in
eodem perpetuo subsistet. Nam certam de
sucessu præmissionem habemus. Matthei
vij. Homines autem huius seculi qui religio-
nem ficte colunt, & arena humanorum consi-
liorū inædificant, tam apud suām conscienti-
am quam coram Deo & uniuerso mundo gra-
uissima tandem ignominia pro meritis afici-
entur. Fictum enim animum odit Deus.

Item solutam Sacerdotum scortationem
hoc loco abominationem esse concedit, sed
addit pariter iuxta quorundam sententiam
quo sibi nouum argumentū ipse non refutet.

Concubina
tū inconstan
ter defendit,

P v Nam

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Nam concubinatum sacerdotū esse matrimonium iustum fortiter adseuerat. Sed quia secū forte consyderat, quod nemini bono uideatur officij esse, ut perniciosa sceditas concubinatus sacrificorum relinquatur intactus, cum si ne damno, imo cū splendida populi utilitate à pio Magistratu queat aboleti, idcirco à confessis mox dilabitur, & Ecclesiasticorum concubinatum haberi uult loco honesti coniugij scilicet. Verum, quia id quoq; impudentius aſſirmatur, iterum concedit, eos esse ſcortatores, ſed tamen homini misericordi gaudia eorum inquietari, & à ſe coniunctiſſimos animos diſturbari permoleſtum eſt. Hic certis quām uero uulgo dicatur. Medicum morbos corpore ſuo expertū illis credere facilius ut q̄ oī r̄q̄ aīr̄ ſe enquaſtū decumbunt.

Verum enim uero princeps illustrissime ſimplex eſt ueritatis sermo. Et quem admodū uisum eximium, ſaporem uniuersitatis ac ſimplicem reddit, ſic ueritas ratione undiq; ſibi ſequabili eōstat, neq; indiget, tot anfractibus tot artibus, tot ſutris, ſed aperte ac palam in oculos ſedentium diſpiciendum ſe ambitione ēingenit ſecura de euentu, cum ſciat quibus uitibus perſtringat animum ſi bene anima duerit. Quare nos de concubinatu, quām potest à nobis fieri planiſſime diſſeremus, ſi prius de

us de Missa, quid invicta ueritas statuat ex-
planauerimus.

DE MISSA

CAP. XXXVII.

Evangelium est secundum scripturam Deum nobis propter Christum condonare peccata & coelestia participare bona, uitam illam æternam immerentibus. Cui reputat Missa, ut nunc est, æque ac Turci atque Iudei repugnant, nisi quod nomen Christi Iesu interim recolit. Ex quo medium per se notissimum nobis suppeditatur, eam fortius revellendi. Christo enim recepto, quæ illi aduersantur, omnia dissipantur ac pereunt. Quo præsidio ad uictoriam contra eos arma expeditentes qui sunt ex professo inficiatores Christi, omnino destituti sumus: aduersus eos qui Christi nomine insigniuntur, non sumus destituti.

Primo, Christus per spiritum semel oblatus est & æternam nobis redemptionem inuenit. Sacrificulus autem in Missa quotidie offerit, ac si redemptio nondum inuenta esset. Nō Missam pro recordatione, exhibiti in cruce sacrificij non aestimat qui suum istud opus emptoribus tanti indicit. Neq; enim solas precatio-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tiones habet in rem beneficiorum, sed preter eas quia pecunia & redempti sunt, illud suum sacrificium inscientibus, immo absentibus & legaliud agentibus maxime diuitibus & qui pecunia id emerant applicant. Quid obstinatus fidei opponeretur, quam tale opus Missæ promissionem propter Christum, in se transserentis.

Secundo. Victima perfecta pro mortuis & uiuis, qua certissime litant, est unus Christus, idem Sacerdos in æternum. Missa autem simplicem panem & uinum in remissionem peccatorum totius mundi offert quotidie. Nam ante consecrationem immo ante Canonem levando panem non consecratum, precatur, ut is pro expiatione mundi a Domino acceptetur. Fingat qui potest quod atrocius laedat officium & gloriam Christi. Nam redemptio nostra non diuina sed panaria redditur hoc futili commento. Haec ex eorum sententia uera sunt, quanquam alia ueteri Ecclesiæ ratio consecrationis. Qua de realiâ fortassis,

Tertio. Christus fideridu sibi uni hortatur, opus Missæ a merito Christi pro nobis mortem oppertenis abducit ad huiusmodi opus humanum, quod sine Verbo Dei geritur, & nudis cogitationibus cōmunionem sacrificij Christi applicat, nō scruata institutione Chri-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 229

st. Ex quo hec uanissima persuasio inoleuit,
ut quisquis Missam quotidie audiat, uel uer-
tius remote spectet, ut mos est Germanorum,
is pro religione abunde fecisse uideatur. Hanc
persuasionem cum uerbis tum exemplo sub-
inde confirmant propterea quod ad Missam
summam pietatis astringunt, quam nemo a-
stantium potest intelligere, quia latine & sub-
misso murmure percurritur, cum ridicula qua-
dam gesticulatione. Nos Missam ueram, id
est, Coenam Christi atq; Eucharistiam, ceu
cardinem & complementum Euangelij uehi-
mus laudibus adducti certissima ratione spi-
ritus. Nam in ea totum Euangelium Christi
nobis impartitur, & Christus ipse pro nobis
traditus non spectantibus sed uescientibus di-
stribuitur, iuxta institutum Christi, nec cessa-
mus ad eam populum penitentem & ægen-
tem consolationis inuitare. Quo coelestia do-
nacientes, in ea accipient, per fidem & uer-
bum hoc in ea predicatum. Hoc est corpus me-
um quod traditur pro uobis. Ne quis nostram
& Papisticam Missam eandem esse putet.

Quarto. Fides per Christum remissionem
ex gratia consequitur. Sed Missa docet, apud
se querendam remissionem, sine fide in Chri-
stum, quia per tale opus sacerdotis, quod uer-
num predicatur, qui suā istam actionem offre-

pro

DE MISSA, MATRIMONIO ET

pro totius mundi delictis. Quomodo enim fidem in Christum excitaret Missa quæ Verbum Dei promittentis non prædicat. Nam quod secreto alienaç lingua cœnæ uerba cœu aliud agentes perstrepunt, id nihil ad astantium coronam, qui non audiunt, neque intelligerent si audirent. Fides enim fit ex auditu. Ecclesia nihil arcanorum illorum audit. Neq; in Ecclesijs aliud docetur quam quod Sacerdos in Missa, meritum Christi applicet sua cogitatione. Sed quo quæso uerbo Dei, et quomodo dixerint, quod benefactoribus absentibus, aut ijs qui præsentes tanquam mutæ ac surdæ personæ tantum adstat applicetur uirtus sacrificij postquam in communionem Euangelijs sola fide perueniatur: & iustus sua fide uiuat, et non fide aliena. Nam nolunt haberi Missam pro simplici precatione, sed contendunt, sacrificios id gerere muneris, ut & Christi sacrificium cuilibet applicent, atq; ijs maxime qui Missam redemerint, aut alias ipsis benefecerint.

Quinto. Qui audit Verbum Domini & facit uoluntatem patris, is est Christo mater frater & soror. Nam eadem opera in communionem coelestium bonorum recipitur. Missarius autem meritum & uictimam suam, hoc est, eius participiū tribuit præcipue ijs qui patroni & qui plurimum numerant, aut qui culinam eius

eius & successorum lautiore sumptu instruxerunt, aut iam instruunt. Aut certe quibus alio affectu actor fabulæ deuinatur, obsecno interim, ut exempla supersunt: itaq; regnum cœlorum turpissimo mercatus uenale est, quod homines perituriis diutijs & turpi obsequio emunt, quod quidem Christus proposuit sine argento & gratis comparandum. Audite enim inquit, & uiuet anima uestra. Esaiæ lv:

Sexto. Christus sacrificium suum & seipsum per spiritum sanctum, qui est pignus fidelium, credentibus distribuit, & de dono suo eos per ministerium Ecclesie uerbo prædicationis & exhibitione sacramentorum reddit certissimos. Sed Missarius sacrificat & ille applicat Missam, de quo pro operatione summa celere cogitationem comminiscitur, quam memoriā nominat, in qua nomina eorum qui missæ singulariter participes esse debeant cursim recolit, in quam ceu summam salutis pondam docet. Hoc est enim illi communionem & sacrificij & operis sui accipere, quod esse efficax ad remittenda peccata prædicat. Diuo autem Paulo panis quem frangimus, communicatio corporis Christi, id est, donum dei est.

Septimo. Cogitatione igitur inani sine uerbali predicatione, & sine motu bono animi uenit.

DE MISSA MATRIMONIO ET

ditant redemptoribus Missarum, sacrificij cōmunionem. Sed nos ministri noui testamenti cœnā domini declaramus, diserte sequimur in stitutionē, mandatū et uerbū Domini & eius nomine fidelibus qui accipiunt cū signis Sa- cramentalibus corporis & sanguinis Christi ueram communionē damus, quam ut certo uerbo & institutione nīxi uerissime præbe- mus, ita illi uerissime sumunt per fidem. In Missa nihil huius fit nisi imaginariē, quia omnia sola cogitatione sine uerbo flunt. Nec ue- tra fides Sacramenti esse potest populo, cui ne- que prædicatur, neq; exhibetur sacramētum, sed astat auditor mutæ fabulæ, uel uerius im- peritus spectator gesticulationis scenicae. Nos autem agimus cœnam Domini præsente spiritu sancto & authore Christo, cuius luci lenta institutio & sanctissima uerba simpliciter seruamus. Ille sine spiritu & sine Christo, quia neq; uerba neq; institutionem eius obser- uant. Cœleste conuiuium est nostris hæc cœ- na, nam fide accipiunt & fruuntur corpore & sanguine Christi, in alimoniam interioris ho- minis. Sed in Missa, Papistarum aseclæ & fœda superstitione contaminantur. & ut alij uide- tur idolatriæ manifesti flunt, ut qui opus ho- minis preconditore uenerantur. Quia unde illis isto ministerio mutæ missæ corporis & sanguini-

IVRE MAGIST. IN RELIG. 123

sanguinis Christi communio: cum nulla in eo sit promissio, nulla institutio Christi ad quam prædicatam auditorum fides exerceatur. Nā ordinem uerborum an obseruent ipsi uidentur. Illud non inficiantur quod nulla prædictatio fiat, nisi forte in Missa defunctorum, aut pro fundatoribus & pro illis quorum dormitionis diem recordantur. Nec tum aliud prædicant, quām ut pro suis benefactoribus Ecclesia pariter precetur, cui meritum missæ suæ applicant. Orare quidem pro nobis mutuo possumus, sed pro alijs Christi communionē nunquam quisquam acceperit. Quod enim accipio, id mea fide & mihi accipio in alimoniam animę quia sua quiscp fide uiuit, que in cœnæ usu & exercetur & confirmatur. Quia cœna est actio fidei efficacissima propter institutionem & uerbū Christi. At Missarij nolunt haberi oratores simplices, sed oblatores Christi & distributores meritorum eius & meritorum totius ecclesiæ, idq; iniussi & sine uerbo, contracp cursum gratiæ quæ est ut sitiēti animę consolatio per uerbum & sacramenta obueniat, id est, Christus unica salus præbeat, & fide unus accipiatur. Itaq; Missarius, quia nolum mandatum ac uerbum Domini habet, nemo de illius promissis certus esse poterit. neq; fidē populi edificat, que sola administratione uerbi dei adiuuat.

Q. Octauo

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Octauo. Christus uocat ad se omnes qui laborant, sine discrimine, quibus offert refo- cillationem & seipsum. Sic in Ecclesia omnibus male affectis qui rite accedunt, imo etiam qui indigne accedunt, corpus & sanguinem suum per ministros offert et dat minister. Quem uero ista est proteruia, non eos qui audius pertinent salutem, sed qui largius dant pecuniam proprie facere sacrificij participes et eis distri- buere meritum Christi. Nam hoc sibi facultatis Missa sumit, & si nihil reuera confert, eo quod sine uerbo Domini & nuda cogitatione neque sacrificium neque meritum Christi distri- buatur. Perinde enim uendunt mysteria toti Ecclesiæ collata, atque domini eorum essent & non ministri. Non est in manu ministri ut cui uelit distribuat, sed cuique uolenti ac petenti pro uoluntate Domini sui distribuat necesse est: minister est, non dominus, & mandatum ad afflictas conscientias confirmandas docen- daque peccata proprie habet, non facultatem pro suo agendi arbitratu. Huius nos memo- res, cupientibus sacramento labentem animū confirmari, atque se arctius Christo inserere, ha- bereque illi gratiam de acceptis offerimus ipsa pariter mysteria ex officio sine delectu si- cætera quæ christiani & poenitentis sunt, no- desunt. Offerimus autem ualde securi quod il- litid

Iid fieri probetur, quia omnia geruntur ex mandato et uerbo & uirtute Christi instituentis: hoc est, cum pane & uino corporis & sanguinis Christi communionem exhibemus. Relatis est haec nostra actio cœnæ, non imaginaria, non nuda cogitatio, perinde atq; annulo in sponsalibus sanciendis ius coniugij uere datur & accipitur.

Nono. Pro Ecclesijs suis Apostolus, quas Christo genuit orat peculiariter, hoc est, qui bus attulerat opem Christi eos illi commendat. Missarius autem pro benefactoribus suis operæq; suæ redemptoribus, & ijs qui opes ipsi attulerunt, non solum orat, sed etiam sacrificat Christum, & hunc illis distribuit nulla cogitatione: quia sine uerbo Domini ita fieri iubentis. Sequitur in Apostolis ac pijs hominibus orare spiritum, quo authore ministri ecclesijs coelestes diuitias administrat. In Missarijs autem & orare & dispensare sacrosancta mysteria abdominis saginandi studium & cura ventris, quo actore et impulsore functiones suas obeuntes ab Ecclesijs auferunt diuitias terrenas, quibus in uicem obstant ne facultates coelestes consequantur. Nam Ecclesiastici nunc sunt serè opulentissimi atq; luxuriosissimi ex meritis imposturis. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur &c.

Q. n. Decimo

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Decimo, Paulus prædicat Euangeliū Christi, & spiritualia dona, hoc est, Christum per uerbum Ecclesijs impartitur, ordinatq; Sacra mēta illis, ut indies de salute certiores et firmiores fiant aduersus innumerās tentationes huius uitæ, quas nemo non pro suo modulo sentit: & inuicem, si expedit patitur ut Ecclesia sibi uictum suppeditet. E diuerso dicit æ quum esse Missarius ut pro suo scenico gestu ab Ecclesia huius uitæ commoda & omnigenas lautitias extorqueat, neq; inseruit ad fidē augendam. Nihil enim omnium dat nisi Missam euanidam, quæ aut falsam aut perturbatam conscientiam relinquit, & ut debitam operi tanto mercedem, pecuniam, frumenta, uinum, rerum omnium affluentiam rigide posulat: unde non solum uiuere, sed exquisitis affluere delitijs non sine flagitiosis amoribus queat, & si parocesis præterea quiddam laboris accedit, qui quoniam monachi, Nonne & Canonici ociosi decimas & prouentus ecclesiasticos omnes occupant, ad stipem reiecti tis uenitandis uictum sordide queritant, qd quia magis affines sunt, minus emolumenti ad eos peruenit. Quos quidem ad annum vel menstruum tempus non raro conducunt, uilissimis

uulissima mercedula, qui amplissimas opes Ecclisiae perditissime decoquunt. Eodem tamen paroeci quo onera illa terrae, id est Canonici & Monachi propendent. In uotis enim habent ut gradum accelerent ad cumulandas diutinas quo ex pastoribus fiant uicarii Canonici, sicut olim ex Canonicis pastores designabantur. Nihil usitata sunt haec.

Vndeциmo. Euangelium quidem docet Iudem a Christo per solam fidem petendam, quam si adest sequuntur uere bona opera, ut salubres fructus bonam arborem: Missa autem, ab opere missarij petit, in quo fides non exercetur, sed sola opinio loco fidei quae aliena est a scripturis, quia nihil est quam inaneratiois commentum. Docentur enim homines spectaculum illud missae esse per se meritorium, sed ex qua istud scripture docet ipsis uiderint.

Duodecimo. Mortem Domini annunciat coena sacra. In qua corpore & sanguine Christi in mysterio acceptis, supplicium eius, quod pro nobis obiit, fides conuiuarum contemplatur, hoc est, peccati conscientiam & ex aduerso gratiam Dei agnoscit. Pascitur enim hoc cibo & hoc potu mens fidelis ineffabiliteratione, & in communionem corporis & sanguinis Christi, pro nobis in cruce mortui atque a mortuis excitati, se adductam sentit. Nihil

Q. iii huius

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

huius in Missa cernitur, quæ passionis quidem Christi mentionem aliquam, sed celeri & obscuro murmure facit, idq; obiter uelut aliud a gens, ut aliud omnino agit. Nam neq; Missar; ius ipse magnopere morte Christi considerat, sed præsentem suam actionem, qua querit litare præcipue, & eam orat acceptam fore.

Hæc de missa in genere. Quæ est, ut uno uerbo omnia dicam, contra hoc præceptum, Non habebis deos alienos. Nam uerum Deum non colit, qui non uerbo eius simpliciter inhæret. Proinde Missarij colunt alienos Deos, quia missam suam pro cultu Dei uendant, sine mandato Dei, quasi homines deuotitate Dei statuere suo arbitratu possent. Omitto quod missam pro mortuis offerant. qd sanctos homines hac uita defunctos eadem ornent: quod aduersus morbos & incommoda corporis, eadem abutantur.

Missa igitur multas atrocissimas contumelias Deo quotidie dicit, hoc est, ipsum ministrium Missæ, est plenum blasphemij, nam panem & uinum toties offert pro redemptione mundi, & toties quod in institutione Domini est optimum omittit, quod est contra institutionem assumit. Nam huius uerbi fidem omissit: quod pro uobis datur. Vñ fides in corpus pro nobis exhibitu non adest. Et inculcat opus

IVRE MAGIST. IN RELIG. 116

opus operatum ut per se meritorium, & homines in panem & uinum patri oblatum potius conuertit, quæ solenni illa ceremonia offerunt, ex quo tanta Christi obliuio increbuit.

Quanquam non dubitemus plurimos esse qui animo innocentे in ista scena uersentur, quos nostros fore non dubitamus, si uim & naturam fidei in Christum gustauerint. Nec tales in se tanquam homines dicta putent, quæ gloria Christi in ministerium deprauatum dicere imperauit. Nam saluti omnium hominū consultum esse uellemus. quæ una causa est, nem. cur tantopere doleat corruptum esse ministerium nostrum, Sed & longiorem de missa trāstationem Cels. T. boni consulat. Quis enim paucis ampliss. malum explicauerit? Multis dictis dicenda plurima supersunt. Nā ea Mis- sa, qua utuntur isti, caput est impietatis, quam uis eam anchoram habent, in quam, cum agitantur procellis disputationum, sibi uidentur tutę confugere. Nos, inquiunt, missa nostra populum ad Christum deducimus, nam eum patri pro Ecclesia offerimus. Non enim uideri uolunt recordationem sacrificij solam facere, sed de integro sacrificare. Alioqui mundi opulentiam, pro gesticulatione & memoria beneficij Christi, improbe inuasissent.

Quæ memoria quia clam est habita, si qui-

Q. iiiij dem

Non ledit
homines sed
abominatio-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

dem fructuosa esset, solis mystagogis esset, nam iustus sua fide uiuit. Itaque recolendo promissiones semet in fide confirmaret sacrificus, modo pie eas recolere. Obscuratur hoc inani istorum commento ineffabile Christi sacrificium, qui se per spiritum in cruce patri semel obtulit, hostiam aeternam, quam in cruce eam prototius mundi peccatis pater acceptauit. Spiritu illa hostia Christi facta est, igitur aeterna est, qua eadem nos per fidem in sacramentis participamus per actionem Christi, qui est summus sacerdos secundum ordinem Melchizedeck. Crepant subinde illi, Nos offerimus Christum in Missa. Quae sententia, in Missa Christi sacrificium pro nobis non praedicat populo, sed eam oblationem que geritur scientico apparatu, tantum uerbis attollit, & sic plebem credulam ad hanc sacerdotis oblationem improbe alligat, adeoque fit persuasio astanti populo id prodeesse quod per sacrificium geritur, non id quod in cruce per Christum gestum est, & in cena Domini tribuitur. Huc facit, quod Missarius semediatorem esse suo illo opere magnifico inter Deum & populum praedicat. Alij sic docent, Nos intercedimus inter peccatorem & Christum, Christus autem apud patrem. Non negamus Aaronem stare inter plagam & populum, Mosenque

IVRE MAGIST. IN RELIG. 129

Mosēnq; impetrare ueniam populo, sed ob id non sunt mediatores, sed nobiscum peccatores, qui precibus tamen amplius quām nos ualent, quia uerbo promittentis firmius inhærent, quam nos inhæremus.

Ad hæc multa inepta in Missa latent, ut est, quod orat patrem hanc oblationem, hoc est, Christum filium, sibi tam gratam esse sicut, quām quondam fuerat sacrificium Abeli & Abrahæ. Hic autem arietem, ille ouem obtulit. Quasi filium unigenitum pater non ducat chariorem pecude aliqua. Qua precatione suam profecto incredulitatem declarant. Non enim orandum, sed credendum certo est, non solum acceptum esse pro salute mundi, sed pro nobis acceptum esse Christi sacrificium. Quę nā Ecclesia Christi pia unquam orauit, ut fieret grata uictima imolatus Christus, aut ut sit des sit promissis diuinis. Nam canit: Deus uerax est, omnis homo mendax. Testatur scriptura nos in Christo acceptos esse: nostrū est ut id credamus firmiter. Alioqui quam obsecro plerophoriam fidei unquam consequemur, Indubitatum igitur est acceptum esse oblatum Christum patri, & pro nobis esse acceptum. Sed pro fide & eius augmento semper oratur a nobis, qui scimus Deum in pollicitis ueracem, nos esse mēdaces, ignorātes, blasphemos,

Q v mos,

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mos, si nobis relinquimur. Quanquam de promissionibus raro quicquam cogitant Missarum, toti immersi operi suo, quasi uerbum Dei hominis ceremoniam perse, ut meritoria traheret, & non doceret per eam Christum iustitiam nostram representandū & offerendū esse.

**Missa Greco
rum quae fue
rit.** Veteres in liturgia uerbis ac gestibus intellegibili bus supplicium et mortem Christi prolixè repræsentarunt, ut Ecclesia admonita, preceq; redemptionis magnitudinem consyderaret, eoq; sacrificium, ac memoriam sacrificij Christi, liturgiam suam fecerunt. Quid huius in Missa nunc sit, cuius neq; uerba, neque gestus uulgo intelliguntur, imò ne mystagogis quibuslibet. At inquiunt, nos met secreto pro Ecclesia de historia nonnulla reminisci mur, nostraq; fides, quæ inde intenditur, Ecclesiæ fides est. Nam hoc perfugio se abdunt quidam. Quod quām inane sit populus nouit. Nam est minister Ecclesiæ & persona publica quisquis est sacerdos noui testamenti, ut uocatur, ppter partes suscepiti muneris, quæ sunt poenitentiam & remissionem peccatorum per Christum obtainendam docere, uerbis & sacramentis eundem in cibum animæ exhibere, agereq; in cæteris rebus curam pastoralē. Ex qua est, quod seueris dictis pecantes obiurget, cessantes incitat, male curretes res,

**Minister no
ni testamenti
qui sit.** quidam. Quod quām inane sit populus nouit. Nam est minister Ecclesiæ & persona publica quisquis est sacerdos noui testamenti, ut uocatur, ppter partes suscepiti muneris, quæ sunt poenitentiam & remissionem peccatorum per Christum obtainendam docere, uerbis & sacramentis eundem in cibum animæ exhibere, agereq; in cæteris rebus curam pastoralē. Ex qua est, quod seueris dictis pecantes obiurget, cessantes incitat, male curretes res,

tes reuocet, collapsos erigat, penitentes in suum gradum confirmet, indignis claudat regnum cœlorum, dignis illud recludat, & id genus alia quæ fide & assiduitate ministri mirifico profundit alijs: & si qui ex illis, erga se ad exemplum Christi confirmandos existerent negligenteriores, dum rite docent ac regant ecclesiam, tamen ueri sunt & adhuc salutiferi ecclesijs. Cæterum Ecclesiastes uiuit fide sua, non minus quam quilibet è plebe. Necq; eius fides est generalis fides Ecclesiæ, sed membris unius est. Necq; officium in ecclesia est, quo minister pro ecclesia credat, sed eam de uerbo Domini reddit certiorem, ut ipsa ualeat sua fide uiuere. Quisq; supplicium Christi recordando, sibi prodest non alijs, siquidem fuerit eius ad scripture præscriptum recordatus quod an stat in Missa ipsi uiderint. Certum est, pleracq; omnia Missæ ex diametro affirmare confidentias ei quæ in mortem Christi contrarias. Nil igitur ad Ecclesiam memoria quam secreto sacrificulus sibi renouat, sed plurimum ad fert momenti qui prædicat & uolentibus appetentibus uerbis & signis applicat Euangeliū Christi ex mandato & uerbis illius, qd quidem in coenis nostris palam efficitur. Ridicula igitur uanitas est, quod sacrificio solo comedente dicant sine esu imo non proposito ei bo,

DE MISSA MATRIMONIO ET

bo, astantium mentem eodem cibo refici. Nā
id pollicetur Missarius qui benefactoribus
suis Missam applicat, tanta confidentia, sine
uerbo Christi.

Ergo illustrissime princeps, quia nihil ad-
fert commodi Missa, quām quod simplices ho-
mines falsa conscientia imbuit, quos à fide in
Christum ad opus alienum hoc periculosius
abducit, quo deuotius ei studetur, adeoque in
causa est, quo certa salutis remedia negligen-
tes, ut sunt uerbum predicationis et sacramen-
torum legitimus usus, in anib[us] operū spebus
homines inflentur. Celsit. T. fuerit ab sedu-
cta multitudine id offendiculi auferre, & in ui-
cem Dominicam cœnam reponere, in qua do-
cetur totum euangelium, sicut eius summam
illa complectitur. Sed & quotidiana alia exer-
citia instituat pietatis, quibus præente pa-
store populus erudiatur. Nam quo præsidio
siderem possent miseri, qui rudimenta Christia-
nismi nesciunt. Hac in re primas principis
partes præstiteris. Nam a Deo talem potesta-
tem in hoc accepisti, ut per te populus ad reg-
num Christi adduceretur. Ad quam rem inser-
uit Magistratus, cum uerbi Dei maiestatem
conseruat, & efficit, ut hominibus ecclesiæ sa-
cramenta sacrosancta maneant, & blasphe-
mia in Deum cum impura uita ē repub. exte-
minentur

minent. Quæ si præstiteris admiraberis incō parabilem utilitatem, quæ conscientijs inde accedit, firmatis in Christo Iesu. Oramus igitur pientissime princeps, ut Pater in cœlis, quem spiritu & ueritate adoramus, ad eam in dustriam animum tuum confirmet. Amen.

QVID IN SCRIPTVRIS, LE^E
gibus, & in priscis Ecclesiæ canoni
bus, uxor & concubina sit,
quæstio secunda prin-
cipalis.

CAP. XXXVIII.

Secundo queritur q̄ sit uxor & quid con-
cubina in scripturis sacris: & quatenus eā
descriptionem Cæsareæ leges & Pontificum
Conciliorumq; decreta comprobent. Respon-
sio igitur nostra hæc est: Uxor est, quæ uni ui-
to lege, legitimisq; ceremonijs addicta paret.
Quæ descriptio latissime patet. Nam legitimi
tate ceremoniæ sunt ritus qui aut diuina aut
Ecclesiastica aut ciuilis lege instituti confirma-
tiq; in publicum morem abierunt. Ciuilis au-
tem lex est quæ ad politicam uitam pertinens,
principis authoritate, aut populi consensu co-
mendatur. Canonica uel Ecclesiastica, sunt
patrum

Legitimæ
ceremoniæ.

Ciuilis lex.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

*Ecclesiastica
lex.*

patrum dicta, pontificum placita, concilia-
rumq; decreta, quibus oeconomia in coetu po-
puli religionis gratia coeuntis administratur.
Ad utrancq; legem referuntur, quæcunque con-
suetudo obtinet si legi non repugnant. Lex au-

Lex diuina.

tem diuina est quæ sacris biblijs continetur.
Ea est aut uetus aut noua. Vetus quidem, ut

Vetus. olim in populo typico per Mosen promulga-
ta. Verum illa nihil necq; ad nos, necq; ad reg-
num Christi, nisi quoisq; à spiritu dependet,
aut quæ ferit communem naturæ sensum, nam
hactenus plurimum ad nos pertinet. Ex quo
genere esse maris ac feminæ coniunctionem
nemo negauerit. Alioqui Moses cum omni
sua paedagogia nihil ad nos, qui in libertatem

Noua. Christi sine lege per fidem uenimus. Noua au-
tem diuina lex est, quæ in literis Apostolicis
extat, quam profitemur nos Christiani, sed ea
tota spiritum adornat, utiturq; politia popu-
lo cuique recepra, donec in charitatem non
peccatur evidentius. Proinde cōubitalia iura
ueteris Ecclesiæ Ecclesia Christi libenter u-
surpat, necq; asperantur placita iuris ciuilis cō-
sultorum, si quidem ad bene uiuendum aliquid
momenti attulerint. Bono sibi esse dicit qui-
bus bene uti potest.

Quare cum ad primam institutionem &
ad legem Christus prouocet Matt, xix. & ad
cuendam

Quendam matrimonij sanctitatem natura im-
buamur, quemadmodum ea est à Mose tra-
dita, primum ex Mose ceu capite, coniugij de-
clarandi fundatum repetamus. Cui neq; Prophetae neque Apostoli detraxerunt. Nam
& Christus ipse legem non soluit, sed adim-
pleuit, Matthæi quinto.

In literis itaq; Mosaicis duplex est coniu-
gij ratio. Nam à patrum consuetudine politia
legalis nonnihil uariat. Patres autem uulgo
dicimus illos qui legem antecesserunt. Quo-
rum ductus per spiritum sine lege scripta fuit,
& si legalia præcipua obseruarunt. Eoq; Ec-
clesiasticis scriptoribus illorum ætas uixisse
dicitur sub lege naturæ, cum sine lege expli-
cate scripta sint administrati. Primum igitur
ex Mose matrimonium in genere quid pro-
prie sit statuamus, & facile assequemur, quan-
tum successu temporis in accessorij s uariatum
sit, & quomodo in oculis Dei hoc tempore ua-
leat. Ex quo ad hanc questionem satis respon-
sum esse uidebitur.

Coniugium est coniunctio maris & foemini
æ, quæ à Deo iuxta uerbum illius, cum utri-
usq; uoluntate ad perpetuam uitæ consuetu-
dinem & ad summam rerum communionem,
aut suscipiendæ prolis aut uitandæ scorta-
tionis, aut mutui ex uoluntate Dei adiumen-

Qui patres
dicantur.

Matrimonium
quid sit ex
Mose.

DE MISSA. MATRIMONIO ET
ti, uitandiq; tēdij solitudinis gratia conciliatā
est.

Hæc definitio omnibus constat partibus,
quæ naturam rei, cum in se, tum ab effectione
ac fine declarant. Nam genus est, coniunctio
viri et mulieris, quod ex nomine liquet. Nam
legibus dicitur & copula & coniugium & ma-
trimonium: Græcis συζύγια est. Hebræis autem
תְּאֵשׁ וְאֶשְׁר uoce sumpta ab ἡστήρ· שִׁירָה à uiro
ac muliere, quæ inter se sunt coniugata, qui lo-
cus est essentialis.

Matrimoniu-
m est opus
Domini. A Deo iuxta uerbum eius. Non quæuis cō-
suetudo uiri cum muliere matrimonij nomen
habet, sed quos Deus coniunxit. sicut pīj om-
nes esse opus Dei contubernium suum cum
uxore agnoscunt. Nam masculum & feminā
creauit eos. Et propterea relinquet homo pa-
trem & matrē &c. Sicut ueteres tanquam egre-
gium opus Domini, coniugium summa reli-
gione coluerunt, quibus in cōtrahendo (quia
ad obsequium fidei, iuxta uerbum domini com-
parati erant) Deus author & causa fuit, et ab
eius ceu tradentis manu uiri pīj suas uxores ac-
cepérunt & pīj mulieres nupserunt semper
in Domino, & adhuc suas à Deo pīj omnes
beneq; instituti accipiunt, quamvis amentia
uulgi potius libidinem sequitur, & satanam
ipsum nuptiarum auspicem patitur. Nam spi-
ritus

titus fidei etiamnum contemplatur, & atten-
te considerat, quemadmodum Deus rerum
omnium opifex, costam uiri in mulierem ex-
dificata adduxerit, qui caput & fons & exem-
plum est maritorum, & matrimonium eius
specimen et forma est matrimoniorū. Proinde
eodem pacto hanc quam habet uxorem, certe
carnem de carne et os de ossibus suis diuinitus
sibi natam & factam esse credit quisquis pie-
us est, & spiritum fidei sequitur. Itaq; precia-
būs a Domino, mulierem bonam efflagitat
homo pius, qui de matrimonio contrahendo
deliberat: & qui iam est maritus tanquam a
Domino impetratam grato animo amplecti-
tur. Non irruit cupiditate foeda in formam, ne
que contubernium muliebre sine legibus ut
Sacrificus aliquis cum concubina temere insti-
tuit, necq; incertu & uaga cum muliercula deli-
catula consuetudine se oblectat: quam maiore
te uoluptate obiecta iterum ab iijciat. Cuius
modi uitiosos convictus consultor legitimos
iudicat, ut qui pro perfecta connubij lege affe-
ctum & amoris impatientiam interpretatur.

Quin in matrimonij Christianorum nihil
inconsulte fit, nihil inopinatū, ex eo qd; spon-
si per fidem cernant atq; intueantur uxores
primam, ut diximus, primo marito coniunctā
et hunc illi; deum adduxisse eam sibi statuunt

R. itxta

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Uxtra aeternum suum consilium, quam uoluntatem per os Adami idem opifex explanauit. Hæc est coniugij natura, & hæc ordinatio dei quæ uerbo eius cōclusa est, & usq; permanebit. Nam quemadmodum initio, sic quotidie corporum et terram & quæcunq; in eis continentur creat atq; gubernat, eadem in uniuersum ratione, qua in principio & in opere sex dierum, cur unam matrimonij rationem quotidie nouaret. Nam Deus est immutabilis, sic opera eius eundem modum tenent. Proinde coniugia hoc suo quæq; uerbo, hoc est, os ex ossibus meis, etiamnum coniunguntur. Quod quidem Christus Dei ueritas, Matth. cap. xix. splendide affirmauit. Quos Deus inquit cōiunxit, homo ne separet, quia eo loci de matrimonio in genere differit, & certum indubitatumque facit, uera matrimonia omnia Deo authore cōtracta esse. Nā de uxore nō deserēda in uniuersum definiens ait, quos Deus coniunxit homo ne separet, ac si diserte diceret. Coniugia, quia Deus omnia coniunxit, nullum humana authoritate dissipetur. Ex quo fluxit & illud Salomonis. Domus ac diuitiæ hæreditate maritorum, sed industria uxor à Domino constat. Proverb. xix.

Atq; utinam illa quæ dicimus, homines Christiani certa fide omnes meditarentur, nec tanto

tanto neglectu uerbi Dei , tantaq; insipientia , sed stabili timore Domini , diuinum hoc opus adorirentur , profecto plus gratiae ac ini-
nus rixarum inter cōiuges plerosq; existeret . Quanquam licet ut aliæ quoq; circumstan-
tiae consyderentur in matrimonij auspicatiis , quæ uoluntatem Domini abditam inten-
te produnt . De qua re postea .

Additur . Vtriusq; uoluntate . Nam & si Deus est qui cogit , & inter se conglutinat ui-
rum ac mulierem , tamen eos non committit , ut lapides & ligna , quæ sensu carent , in stru-
cturam unam cōportantur . Inter cōiuges enim esse debet mutua animorum coniunctio , quia iudicio & uoluntate sunt prædicti . Adducuntur quidē in eam confessionē pro natura sua scientes uolentesq; quem in modum , ad alia quoq; arbitratu suo amplexanda homines de us unus permouet . Hinc Sanctorum preces , qui pro corde ad bonum ultro propendente quoti die supplicant .

Voluntatem autem Dei in concinnandis matrimonij s , hoc argumento puto demōstran-
dam : Quicquid cuiq; bonum uidetur , id sibi natura expedit . & homini bonum est non esse soli , atq; ita esse natura uidetur . Petit igitur adiutorium simile sibi quisq; natura impel-
lente , ex eo quod hominem conditor talem

Voluntas
Dei quomo-
do cognoscim-
tur .

R ī finxit

DE MISSA, MATRIMONIO ET

inxerit: Masculum enim & foemina facit eos. Hac via ex naturali cognitione affectus ad uitę comparem, exoritur amor ad sobolem procreandam naturalissimum. Quemadmodū ille ait: Naturalissimum omnium est, generare sibi simile. Præterea dulce quoddam uotum plerosq; omnes urit, ut cupiamus homines frugi ex nobis prognatos superesse. Non aliter & mulier ad coniugendum marito, summo naturæ impetu impelli. Nam & ad uitū, ait oraculum, erit appetentia tua. Gen. iiiij. Quid ita obsecro, qd; mulier suam pfectiōnē per uitum, & uit per mulierem suum complementum obtinet: Non est enim bonum hominiesse soli.

Hic est in utroq; sexu generalis affectus, qui ad singularia coniugia satis nondum est. Nam hunc uitum ad hanc mulierem Dominus adducit, quo authore fiunt omnia, perindeatque initio suam Euam Adamo adduxit. Ex quo mutuus amor ueris cōiugibus ex deo est, & uerbum Domini contubernij sui fundamentum & caput habent. Nam quod hic uit habet mulierem, & ē diuerso una queq; mulier maritum suum tantum diligat, neq; alij cuiquam consuecere sustineat, non tam natura in causa est efficax, quam uerbum Domini, cui credunt p̄ij coniuges. Ex quo uterque ut opus ac donum Domini, suum uitæ consortem intue-

Amor coniugalis.

Intuetur & amplectitur & custodit. Quo sit
ut dilectionem inter eos nullus casus nulla in-
iuria corrumpat. Tanta uis est uerbo dei esse
connixum, cui se p̄ij simpliciter permittunt.
Quin asperrima quæq; ut incident rebus hu-
manis aduersa plurima, & inter coniuges ma-
xime commitigantur cogitatione hac, quam
uterq; ex Verbo Dei percipit, Dominus te
huic uiuendi generi addixit, cui ut illa & illa
feras uisum est, qui mala hæc bonis letioribus
tandem cum ipsi uidebitur commutabit. Præ-
terea ex Deo est quod inter moderatos Ethni-
cos, & Christianos profaniores felicia non ra-
go matrimonia cōspiciantur, Affectu hoc na-
turali Deus illos pariter iimbuit, ut sua cuiq;
regina placeat, quemadmodum est in prouer-
bio, & multi bonitate naturæ adducti horre-
ant adulteria Itaq; hac quidem lege, sint duo
in carne una, & si abdita quadā ratione, etiam
inter incredulos Deus coniugia copulat hone-
stiora, cuius legis effectus est dilectio coniu-
galis, quia in cæteris rebus mali, sæpe colli-
gantur.

Quare si qui sine mutua animorum con-
sensione & sine amore inter eos æquabili, cō-
ciliantur, ij sine Deo uident copulati, eocq; in-
coherens atq; illegitimus esse eorum coniugium
hactenus censendum est, & legibus separan-

R ij tur.

Concordia
coniugum
ex Deo.

Legitimus
ram Deo.

DE MISSA MATRIMONIO ET

tur. Quanquam iuxta publicos ritus ac leges
receptas contractum, neque possumus neque
debemus non pro uero habere, donec intolera-
bile uitium, ut adulterium est & id genus, ap-
paruerit.

Ad amorem coniugalem diuus Paulus hor-
tatur, quem exigit sincerissimum, ex eo quod
eam dilectioni qua Christus Ecclesiam pro-
sequitur comparat. Amplissimam sane rem esse
eam oportet, quam spiritus Christi rei maxi-
mæ sacratissimæ compонит. Nam uiri, in-
quit, diligite uxores uestras. Vos uxores ma-
ritis uestris estote subditæ in omnibus, quem
admodum Christus Ecclesiam diligit, ut eam
sibi non habentem maculam adhibeat, sic uir
uxorem quoq; ceu promissionum diuinarum
consortem, diligat. Quia in Domino uir nihil
est sine muliere, neq; mulier sine uiro. Hæc lex
omnibus posita est Christianis, obseruanda
cuic; uolenti prie uiuere, quæ quidem scripture
& legibus, imo etiam naturæ insculpta est.
Nam Iex Dei etiam à puella an consentiat &
an talis sponsus ei cordi sit, sciscitur, cuius
nomine parentes de matrimonio paciscuntur,
& si nihil sponsionis ratum est, quod sine pa-
rentibus à filia præstatur. Itaq; ius est ne pu-
ella patriæ potestati subdita coniugio nolens
intrudatur,

Præcepe

Præceptum hoc, Crescite & multiplicamini, datum est generi humano per uniuersum, sed Adamo peculiariter cum sua Eva, & sic cū suo compare cuique marito iuxta proverbiū. Ex Deo matrimonia, Gott bescheret die Ee. Hoc est sposo cuiq; ac sponsa deus mutuum animum atq; occasionem, ut inter se copulentur exhibit. Id quod & leges attestantur. Ex affectu, inquiunt, nuptiæ introducuntur. Cuiusmodi legibus Consiliū sibi uidetur consistere.

*Affectu mā
trimonia cō
stant.*

Atqui talis affectus & amor coniugum, longissime distat ab ardore ac furore nebulous depereuntis amicam. Nam amant se mutuo in Domino & contemplatione Verbi Dei, eocq; animis sunt castioribus ac temperatioribus, quia non tam carnis aviditate quam in spiritus moderatione, in illo ipso Dei opere ducuntur. Quare obsceni amoris amentiam cōtiliatricem coniugiorum sanctorum, scriptura non facit. Meretricius enim amor, ut Hieronymus ait, in coniugio sancto locum non habet. Coniugalis igitur affectus est mutuus iunctitudinis sensus, & gratia uiri & mulieris iuxta uoluntatem Dei agnitam composita, qua non solum sibi inter se uoluptati & commodo sunt, sed etiam Deum & regnum eius quærant, & id præcipue in illo coniuctu spectant.

R iiiij Ex

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Ex quo sit, ut publicam honestatem quæ pro voluntate Dei est contempletur is, qui tali affectu percitus uitæ consortem ambit. Itaque consyderat accurate, quæ sit persona cum qua coniugium auspicari meditetur, quo animo, quibus moribus, qua uitæ consuetudine prædicta, quo nomine ac fama nobilis, qui parentes, & qui cognati eius, tā in oculis Dei quam proborum hominum iudicio habeantur, & id genus multa ponderat, quæ ad sanctum in domino coniugium adeundum conducunt. Inter quæ licet ut interim etiam facultates ex pendantur, ne in pauperiem per temeritatem abieci, ex desperatione tandem Deum negent, sed omnia siant intra præscriptum & uoluntatem uerbi Dei. Nam si Deus decrevit, ut patrem te faciat uxoris uterus, dabit unde liberos & familiam educes.

Nihilominus illud apud te non iniuria cogitabis, ubi de coniugio statuendum, unde nam uictus nobis pro familia queat constare, ne tentare Deum uidearis, qui te ut hominem utitur uoluntate & iudicij acrimonia prædicto in rebus agendis, modo ne quid per incredulitatem, neq; contra uocationem tuam facias, ut si artifex es aut agricola, speres laboribus manuum tuarum benedicturum Deum, hoc est, industriae tuæ fructum & emolumen-

tum

tum daturum, & quæ sunt ad uitam transigen-
dam tibi p te suppeditaturū. Adeoq; non ge-
nus non comitantem morum neq; formæ gra-
tiam neq; alias id genus dotes tam consydera-
bis, quām expendes num illa, uocationi tuæ
quadret, & an sit timens Domini, an patiens
laboris, afflictæque fortune tolerans. Nam in
uita hominū aduersa multa incident, que ex
educatione propè colliges. Harum rerum que-
sumus, quæ fit consyderatio apud Ecclesiasti-
cos, paulo beatiores, quibus luxus & uolup-
tas ex patrimonio crucifixi comparata, est à
consilijs, quem finem unum habent. Necq; em
existimationem bonam curant, neq; opes mo-
rantur, quibus non partis affluunt. Præterea
puellam quam quis rite ambit, officijs, obse-
quio, declaratione uoluntatis suæ, omnij; so-
lita mundo ratione in consensum mutuum
permouere studeat, licet, sed semper, quatenus
ea media quibus nititur cum Deo sunt, quo in
omnibus tum consilijs tum factis diuinam uo-
luntatem & opem Dei experietur. Exemplo
id faciam perspicuum.

Cum seruus Abrahæ ex uoluntate Rebek-
æ & cognatorum uidisset, Dominum uiam
suam prosperam fecisse, quanquam Deum so-
lum intuebatur per totam actionem, nihilo-
minus de camelis Domini sui decem, & deua-

R V RIS

DE MISSA. MATRIMONIO ET

rijs bonis alijs quam secū adduxerat in refe-
rendo mandato suo fecit mentionem ut se &
herilem filium omnibus quorum intererat fa-
ceret gratiosiore. Deinde mox propè fontem
puellæ uoluntatem erga se, munusculis ampli-
us incitauit. Nam cum camelî potassent satis,
acepit inaures aureas pondere dimidiij sidi,
& armillas duas decem aureorum sicolorum,
& eas illi appendit. Genus enim mulierum
~~quod non posse esse nouit, quo affectu ad fauorem pu-~~
ellæ demerendum abusus est tantus uir, qui à
Deo totus peperit. Tantum abest ut dicas
fidem in Deum posthabere causas secundas,
& contemnere naturam, & humani ingenij
præsidia. Mox apud cognatos puellæ, domi-
ni sui diuitias largius iactitauit eodem cōsilio.
Dominus, inquit, benedixit domino meo
& magni fecit eum. Qua re auarus Laban
frater sponse, ac pater Bathuel potius persua-
debatur, quā m alijs de diuina uoluntate indi-
cīs uel euidentissimis, quamuis talia multa ne-
que uulgaria seruus coram exposuisset, adeo
ut illi id uerbis faterentur, studuit efficere, ac
effecit plane. Verbum, inquiunt, à Domino
profectum est: aduersum te, neq; bonum nego
malū possumus. Et tamē legatus Patriarchæ
etsi alia adiunxit adiumenta in unam tamē spe
cauit dei, puidentiā simplicissime, cuius esse
credidit

IVRE MAGIST. IN RELIG. 130

credidit præstare, ut rationes illæ aliquid momenti adferrent. Rursus consensu patris ac fratris habito, antequam de pueræ uoluntate item quæreret, uasis argenteis & aureis ac uestribus eam donauit, quibus donis simplicem eius animum haud dubie impulit ut citius ac plenius assentiretur. Nam rogata nūm uelit cum uiro discedere. Volo, inquit, nihil cunctata, nihilq; deliberans præterea.

Eadem uia, si externa spectas etiamnum simplicem puellam proculs aliquis Epicuri degrege porcus adoraret, & eos captaret in quorum potestate puella est, siquidem agit ubi lex ualet quæ in crimine capitali habet, capitasse nuptias citra parentum conscientiam ac uoluntatem. Sed hoc interest, quod pius animus nihil huius audet, quoad de Domini uoluntate certus extiterit. Profanus autem pro libidine animi, sine respectu Dei, oblata specula potius adoratae, ad ambitiosam petitionem omnibus machinis se accingit.

Ex hac historia pariter liquet, affectum Rebeccæ & si pueræ admodum, haud fuisse amorem meretricium, sed cōensem aliquem atq; animi propensionem puriorem, quam quidem serui Eleazaris actio commouit, & comotam adauxit, ad auctam confirmavit apposito artificio, atq; eam animi proclivitatem legitimis

DE MISSA MATRIMONIO ET

legitimis rationibus ad finem adoptatum cu-
rio se perduxit. Ex quo pia puella sine morbi-
di affectus impetu dilectum sponsum uehe-
menter expetivit, quodam innocentia amore
instigata. Nec minus illam sanctissimus iuu-
nis Isaac ex aduerso syncerissime deamauit.
Itaque mutua quadam reuerentia perculti, cum
se primum conspexissent, ambo affecti sunt
pudore. Huius generis amor est & dicitur con-
sugalis & castus. Quid meretrices ijs amoribus
concubinariorum commune est, cum tali affe-
ctu piorum coniugum, qui quidem se cupiunt
Deo cum primis approbare, ut isti Satanæ, q[uo]d
Dei respectum aut nullum aut ualde tenuem
faciunt omnes scortatores sacrifici, quorum fi-
nis est potiri uoluptatibus exuberanter & sine
molestia, cuius gratia optimas quasq[ue] formas
delegunt, uenustatemq[ue] scortilli diuinæ præ-
ferunt ueritati, imo propter mulierculæ usuram,
omnem ueri sensum potius è mente oblita-
tam cupiunt. Nam eis dolet quod mentio-
ne Dei amentia libidinis interdum excutia-
tur, saepius uero debilitetur non nihil. Sed
contra, qui in Domino coniuncti sunt, ij seue-
riore religione magis atq[ue] magis indies coale-
scunt. Proinde Scortatores & concubinarij sa-
crifici sine deo et sine Christo sunt in mundo,
ut ille dicitur dixit ab Epicuræis præla-
tis

nis gubernari, uel uerius onerari ecclesiā. Nam quis dei sensus penes istos unquam erit, qui ut verbo domini, sic suis quoq; ipsorum legibus quas fortiter pugnare uideri uolunt sine frōte, & toto quod aiunt corpore obluctantur.

Atqui conscientiam prætendunt scilicet, *Constitutione ecclesiastici* siant coniuges, quia leges id uenient, ubi cū sent humanæ, quibus se censem esse obnoxios. Quasi cum contra Verbum Domini mortales quid sanctiunt id ratum et sacrosanctum, scriptura cō & quod iuxta legem Dei idem figunt, id pro palea, quod aiunt, ac re oblitterata nihilq; esse arcq; haberi debeat. Nam decreta Pontificum non uerustissima, sed ueterum posteriora scor tationem & matrimonium pariter uerant, sed illam iuxta legem Dei, qua parte à prælatis ri dentur, & planè exploduntur, hoc autem ex horrescunt, quia id prohibuerunt contra legem Dei & naturæ: nam Deus in uniuersum instituit matrimonium, ac natura eius exper tentiam insitam habet.

Quare ex spiritibus impostoribus & do strina demoniorum est quod eam institutionē sic interuerit, certοq; hominum generi prohibet. Contra quid Sacrifici & prælati fugiūt & horrent peius angue & cane coniugium à Deo institutum propter homines id uerantes, gladioq; & flammis id abarcent. Tanti sunt istis

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Istis hominum constitutiones, donec aduersant ordinationi ac uerbo diuino & ea uerbi diuini obseruantia, ut quæ uoluntati dei quædrant apud ipsos careant uigore, & tantum quæ repugnant ut sacrosanctæ defendantur. Nam impudens scortatio & concubinatus quæ uitia nō solum hominum constitutio, sed etiam lex Dei prohibet propter præceptum coelibatum excusationem habent & à seueris Episcopis dissimulantur, quorum admodum pauci sunt. A uulgo autem Ecclesiasticorum pro ludo habentur, contempta hat in parte cum authoritate maiorum, etiam Dei iudicio. Quasi ab hominibus edictum tum sit uigoris expers, cum calculo diuini oraculi comprobetur, alioqui per omnia inuiolabile. Nam incertam uenerem uetus canon, quam apostolorum uocant, scortatorem seuerius abarcet, maritū. n. sacerdotem ab officio deponit, scortatorem autem ab Ecclesia facit penitus extorrem. Quanquam posteriora iura Ecclesiæ de rigore prohibitæ scortationis indies tantum remiserint (ad quam remissionem necessitate summa impelluntur) ut aliquot seculis uix patuerit amplius scortatoris accusandi locus, quod in titulo de cohabitatione clericorum uidere est: & Episcoporum studia & mores id comprobant, quorum nomine nemo facile

IVRE MAGIST. IN RELIG. 159

et le accusatur, nisi interdum per procuratorem
fisci, ut in aerarium Episcopi ex obsecena libi-
dine pecunia inuechatur. Cuius actio est ex for-
mula iuxta censem Sacerdotij concepta, quam
nostris dicunt: Den milch zins. & eam tuis pi-
tudinem uulgo ita maxime detestatam, ut no-
tissimā foediore appellatione nominant, Nā
ex eo scelere atq; flagitio Episcopi palam ac-
cusantur lenocinij.

Sed clamant: Cum concubina manet bo-
na conscientia, quae à ducenda uxore obedien-
tem animum deterret. Quae ista conscientia
tua Consultor, sine Verbo Domini & contra
leges bona esse poteris? Nam si conscientia
qualiscumq; illis uetasset hactenus coniugii
um, jam pridem cum gudio ad renatam do-
ctrinā ueritatis aduolassent. Propterea quod
pueris nunc liqueat coniugium cui libet homi-
num generi permisum esse lege diuina, doctrī-
na autem dæmoniorum aliquibus prohiberi.
Hac persuasione ex scriptura suscepta, quanto
studio foeditatem scortationis cum casto con-
iugio commutarēt, quod quidem res est apud
Deum preciosa. Verū eos esse aīo tranquillo
sübet Consultor, qui rei sciendo honestum ma-
trimoniū iugum, quod est alioqui odiosum a-
ditum patet facit libidini Ecclesiasticorum foe-
danti omnia licenter. Sed pergam in instituo.
Consultor

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Consultor ex solo affectu, & ex mutuo per
fruendi atque delectandi se studio consistere
matrimonia contendit. Nos contra, ad matri-
monia preter affectum requiri dicimus parenti-
um consensum, desponsationem legitimam,
et nuptialem de more ceremoniam. Neq; sanc-
matrimonium esse affiramus, id quod est ad
uersum Deo, id est, quod sine authoritate scri-
pturæ coi*nt*, que docet alias quoq; circumstan-
tias simul expendendas esse. Ad quam rem ex
emplū Isaac satis perspicue facit, quod supra
excessimus. Sed refutemus prolixius funestā
istam profani hominis cogitationem.

*Non quili-
bet affectus
matrimonii
facit.*

Cæsareq; atq; diuinę leges, et p̄tificię quo-
que, non cuiuis uiro quamlibet mulierem uxō
rem concedunt, sed inter homines certa qua-
dam ratione distinguunt. Propinquitatē san-
guinis aliquam & impedire matrimonia ne
coeant, & contracta dissoluere, post orbem cō-
ditum semper persuasum fuit. Legatur Leuiti
eus liber ca. xvij. Executiantur ueterum He-
bræorum monumenta & elucebit, quantæ ue-
tationes in populo Dei uiguerint, uel supra le-
gis ætatem, & quā m̄ uarijs supplicijs incestuo-
sas nuptias correxerint. Sed & super eare in le-
gibus Cæsareis integri tituli extant, quarum
bona pars Christum natum antecessit, & om-
nes à Christianis Imperatoribus sunt in mo-
tes Ii.

res Iudiciorum receptae. Mirum est igitur hominem utriuscumque iuris peritum, tantum tribue refoedis amoribus, ut ipsi matrimonium simpliciter stabiliant. Quod quidem contra suas leges apertissimas afferit.

Nam leges Cæsareæ C. de nup. L. imperialis, et titulo de incestis & inutilibus nuptijs L. cum ancillis & L. Humilem eod. grauissime cauent ne quis ingenuus ancillam ducat. Conditio igitur inæqualis, uiciat & impedit coniugium, quamuis inter se affectu cohererint. Quā legem ex Mose Talmutici Iudaico quoque populo introduxerant. Paulus iureconsultus dicit in contrahendis matrimonij natuale ius & pudorem inspiciendum. Consultor noster nihil quam depereuntium se mutuo affectum cōsiderat. Contra pudorem enim est, contubernium quod aduersus diuinas et humanas leges initur. Concubinatus aliquot sculis illicitus est habitus apud Ecclesiasticos canones, qui ut nunc est, per legem diuinam nulla ætate licitus fuit. Vorum enim coelitus impune ducit uiolasse foedissimis libidinibus, modo ne iuxta uerbum Domini ac pro iure gentium uxori sibi ducte consuescat, quia ut alienis misceantur iampridem sibi ius fecerunt moribus scilicet.

Abrogetur lex Julia, quia prohibetur sena-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tor libertinam ducere, eāmūe, cuius pater ma-
teruē artem ludicram fecerit, item libertinus
senatoris filiam ne ducat. Quām legem Iusti-
nianus approbat, quia neminem audiuerat Iu-
re consultū, qui diceret quemlibet amore
legitimum facere coniugium. Nondum Chri-
stiani principis talis consultor repertus est. Nā
seruam quoq; prohibet ducere ac libertinam,
ut modo diximus ex C. de nuptijs L. imperia-
lis & tit. de incestis & inutilibus nuptijs L.
cum ancillis & L. humilem. Vt antur & legi-
bus quæ scenicis ludis se admiscuerunt scenice
filia, tabernarij aut lenonis aut arenarij filia,
aut quæ mercimonij publice præfuit. Quæ
sanctio Hebræorum quoq; legibus in Male-
chet Ischuth obtinuit. At Consultori nostro
nullus est publicæ honestatis respectus, quin
seruā, tabernariam, lenam, spurcissimā quan-
que & quamdiu uisum est pala'm domi alat
modo in semutuo affectu propendeant. Hæc
de ueratione, quæ ex inæqualitate conditio-
nis, aut ex nota turpitudinis. Iā de propinquis-
tate uidebimus.

**Gradus
cognitionis
prohibiti.**

Leges tam diuinæ quam humanæ certos
prohibent cognitionis gradus. Diuina lex
Leuit. xviiij. ubi aduersus naturæ legem ince-
stus esse colligitur, qui sine lege Cananæis ibi
dem imputatur. Humanæ autem extant, Dige-
storum lib. xxij. titulo ij. & codice de incestis

nuptijs. In Pontificijs nō uno in loco. Videat
 illa notissima .ij. q. iiiij. cap. Consanguineorū
 & in decretalibus & glossularijs quot extant
 tituli prohibitionum. Quid multis: nemo ha-
 c tenus id ierat inficias. Nam ita per naturæ iu-
 dicium introductum est, quod idem omnibus
 adest gentibus. Primus author & inuentor
 huius paradoxi est Consultor, cui perinde est
 quis inquam depereat. Clancularia enim con-
 tubernia & consuetudinem qualencunq; ap-
 probat. siquidem cupidinis calculus accelerat
 sanctissimus nuptiarum approbator scilicet.
 Quid obsecro impudentius: Nam & uagum
 concubitum quem רַרְא בָּשָׂר nominant
 prohibent Hebrai, quorum tamen in conui-
 ctibus coniugalibus licentiam Christus Do-
 minus reprehendit. Improbant tamen incon-
 tinentis animi libidinem, uel hanc ob causam
 inter alias, quod quis insciens facile incestum
 admitteret, qui qualibet muliere temere abu-
 titur. Quod genus flagitijs non admodum in-
 solens est inter coelibes sacerdotes, quorum ali-
 qui duas sorores, aliqui matrem cum filia, &
 quidam proprias filias libidinis suæ ludibri-
 um habuerint. Exempla illustria hominum
 memoria fuerunt, & alicubi forte etiamnum
 supersunt. Nos unum nouimus qui redemptis
 indulgentijs pontificijs expiatus est, & uotum
 § ij inuisendi

Orta ex coe-
 libatu.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Inuisendi Iacobum Cōstellatum propter
rea suscepit, q̄ filia ipsum auum fecisset. Hæc
oritur ex innaturali & impi oportū
batus, ut interea taceamus, infanda istorum li
bidinis mysteria, quæ Hebræorum antiqui
tas lapidatione, nostra ætas ignibus uindicat.
Quorum egregia exempla inter reuerendissi
mos Cardinales Romę omnibus patent, & a
libi multa clam designantur, propter nationū
religionem, de quibus Paulus Rom. ij. Victo
enim pudore naturali, contra naturam amen
tia uenerea. si sperat impune fore, quid ni gra
faretur? sicut omnia scelera Romæ impunita
sunt. Nam Dei reuerentiam supersticio & ido
latria in eis penitus expugnauit, quo sibi uo
lunt, omnia licere, quæ libent. Quis uero ne
scit incestuosos amores, tentatione & Satana
res esse, & q̄ illegitime coherentes, arctius in
terim & constatius se cōpleteantur quam bo
na pars legitimorum coniugum. Nam illud in
hoc uiuendi genere uere dicitur. Nitimus in
uetitum. An non Semiramis pertinacissimo
diutinoq; amore in filium suum exarsit? quem
amorem historici ignominia sempiterna affer
erunt. Misericordi isti consultori, consuetu
do matris cum filio legitimum coniugium ex
titisset, idcirco quia affectus solus ei coniugii
absoluti

absoluit. In Christo idem Agamemnon ferebatur incensus, quod uerbis haud obscuris praestulit *πολλὸν βέβηκεν αὐτῶν.*
Οἵτινες ἡγεμόνες τῆς πλευρᾶς τοῦ στρατοῦ.
Καὶ εἰδίνεις ἀπόχες, οὐτε δὲ θύσεις λαρέων,
Οὐδέποτε ὑπὲρ φυσιῶν τούτων φρίνας ἔτειτι ἐργα.

Sed eam obrem apud Aristotelem grauiter uituperatur. longe aliter sanctum nostrum consilium censuisset, quam Ethnicus philosophus, cui legitimū ac laude dignum nascitur consortium ex amoris peruicacia, qui ad seruam barbaram Agamemnoni eximius & forte mutuus fuit, una cum uoluntate eam nunquam deserendi. Quae est icti plena matrimonij definitio. Coniugium igitur diuinum ac sacrosanctum scilicet, quod nemo hominum citra Dei indignationem diuulserit. Totidem enim uerbis fecundatatem Ecclesiasticorum defendit. Contra tantam amentiam in literis saeculis pronunciatum est. Nā qui à Babylone Hierosolymam redierant puellas contra praecipuum Domini ex gentibus ductas fortiter dilexerunt, cum proposito eas nunq̄ deserendi, ppterēa q̄ uenustę & glabellę essent. Id nō tulit prophetarum spiritus, q̄ abductos, a' nimiū deamatis scortillis, ad priores uxores miseras illas Israëlis filias compulerunt, que exilio & calamitate deformatae turpibus hominibus parum cordi erant.

S iij Hoc

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Hoc facinus indignum ac Deo aduersum
duxisset Consilium, nam si ei creditur, Deo
inuito tam teneriter se mutuo depereentes di-
strahuntur, & in iugum tristius contruduntur
mariti, duplice affecti incommodo quod dile-
ctas deserere, & quod inuisas amplecti cogi-
rentur. Quantus amor Corinthio in patris sui
uxorem? Quis aestus mulierculis, apud Pro-
phetam magnas carnes appetentibus? Quod
cestrum quod incendium istis qui ad uxorem
proximi, atque obesi equi adhinniebant? Qua-
resi definitio coniugii quam Consilium ponit
uera est, ubique erit uerum matrimonium, ubi-
cumque est in amore perseverantia. Quam tan-
dem scortationem, quod stuprum, quod adul-
terium, quod incestum flagitium unquam im-
probauerit? Nam uetiti legibus amores, ut est
concubinatus & scortatio Sacerdotum, saepe
ac saepius spirant plus ignium quam ordinata
coniugia. Satanias enim ad impuros illorum
animos inflammados qui contra Dominum
conueniunt totus incumbit. Sed piorum coniu-
gum cupiditatem Verbum Domini cohibet
ac restinguat, per quod copulati se mutuo, sed
ut in Domino complectuntur. Concubinatus
Sacerdotum libidine expleta tandem dilabi-
tur, quod per consultorem non est illicitum. Sed
honestum coniugium, quod legibus est diuini
humanique

*Coniugalis
amor.*

humanicq; iuris communicatio, & scripturæ, duo in carne una, summa constantia ad ultimum usq; spiritum continuatur. Vt robicq; est amor, est mutua consuetudo, adde & uoluntas se mutuo non deserendi. Sed honestus thorbus ornatur Verbo Domini, quo turpitudo eius conuictus pseudoecclesiasticorum non ornatur sed reprehenditur, atq; inde in Domino se illi mutuo possunt uerissime constantissimeq; amare, qua ratione amator amicam nunquam amauerit, cum qua cōtra Dominū confuscat.

Quām nihil animaduertit profanus homo quorum hominum coniugia describenda suscepit. Nō cogitat se uerba facere de Christianorum coniugijs. Tam populus quām Sacerdotes in ditione Cels. T. titulum Christianorum gerunt. Coniugia igitur alia quām Christo grata cur uobis pastoribus populorum approbarentur? Quām nihil iuris neq; moribus neq; legibus introducti requirit, sed ad foedū duntaxat cupiditatem corrigit honestatem usq; tæ. Multo aliter Helena cui quamuis adulterio manifestæ plus frontis tribuit Poeta. Ait enim ad Priamum socrum *Aī dñiōrē pūi iāsī qī
λεινύπi, δεινότi.* Mihi es inquit dilecte socrus pudore ac reuerentia prosequendus. Et Ulysses ambiens fauorem Nausicæ.

Sic m̄ yūbās ḥyāpās t̄ t̄bānāt̄ d̄d̄l̄c̄t̄ d̄v̄w̄.

S. iiiij Reue-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Reuerentiam utricq; sexui naturalis pudor
indidit, quam Christiano principi scribens
posthabet tantus vir de pietate consultus. Ho-
merus igitur cordatum coniugibus amorem
affingit, cui sit iudicium & animi moderatio,
qui de uitæ consorte candide iudicet ; & il-
lam faciat plurimi, officioseq; eam colat, alio-
qui nemo admiratur & colit, quē putat indig-
nū & se deteriorem. Consultor autem Chri-
stianus insanam cupiditatem fundamentum
facit matrimoniorum qui ius & æquum con-
temnat, qui susq; decq; habeat, utrum sit in mo-
ribus publice receptis quod persequit̄ nec ne-
Nos igitur ut semel finiamus, fateamur aduersi-
tatem coniugij christiani non quemuis perti-
nere affectum, sed eum qui iuxta uoluntatem
Dei sit, & qui uerbo illius nitatur. Deinde qui
per circumstantias publicæ quadret honesta-
ti, & populi sui legibus et moribus sit compro-
batus. Ne temeraria adiunctio esse putetur ma-
trimonium. Hæc pluribus libuit, quia consilij
argumentum pro medio apodiceos habet cō-
tubernia iniuiolabilia esse debere, quæ mu-
tuus amor quomodo cunq; conflauerit.

Ad nostram igitur definitionem redeo.
(Ad perpetuam uitæ consuetudinem.) Quod
a se coniuges discedere non debeant lex est,
quam iussit Dominus in paradiſo. Ea sic ha-
bet;

bet. Propterea relinquat homo patrem ac matrem, & adhæreat uxori suæ, & sint duo in carne una. Gene. iij. Hæc uerba Adam non turpi cupiditate ad Euam, sed spiritu dei puro impulsus dixit, quemadmodum, ex his uerbis Matthei xix. cap. supra citatis facile intelligi tur. An nō legistis q̄ is qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Et dixit: Propterea deserat &c. Ergo quia Deus est qui hominem fecit, sequitur quod idem sit qui dixit: Propterea deserat homo patrem & matrem & adhæreat uxori suæ, nam idem utriusq; uerbi suppositum est. Deus fecit hominē, & Deus dixit: Propterea deserat &c.

Quia per Adam Deus ipse locutus est, omnino necesse est ut fateamur ordinem Dei esse, ut maritus uxori suæ adhæreat. Deinde cum ambo sint una caro, iuxta prædictum Verbū Dei (nam sunt quidem duo sed non sunt caro duplex, sed ut oraculum dixit in carniem unam & una caro) igitur uiro non est integrum ut uxorem repudiat suo arbitratu. Hoc uerbo Dei matrimonia conglutinantur. Quos Deus coniunxit homo ne separet. Quare perpetua uitæ consuetudo ac indissolubilis cohabitatio ex eo uerbo Dei abunde liquet. Idem ius in natura obtinuit. Sicut ī libro de rebus familiaribus Aristoteles ex Vlyssis ac Pen-

S v lopes

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Iopes exemplo colligit. Illa enim per annos
viginti plurimum laboris ac molestiarum à
procis, qui eam uxorem ambiebant pertulit.
Nec eam Vlysses, ut in Odyssaea zātā nyātā ui-
dere est, unquam animo amiserat. Cui cum
Atlantidis filia immortalitatem polliceretur,
sustinenti apud eam perpetuo hærere, potior
est uisa fides erga miseram ac malis uarijs ex-
ercitam uxorem, quam incōparabília illa pro-
missa, maluitq; agere uitam interituram, quo
mortalem suam uxorem ac dilectum filium tā-
dem cerneret quam fieri sine illa immortalis.
Similem in modum apud Circense exhibuit.
Petricosam enim patriam, quę uxorem sibi al-
seruabat, omniibus diuitiis omnibusq; uolup-
tatisbus & immortalitate quoq; prætulit.

Quid illi persuadere tentasset Consilium?
Hauddubie illud ipsum quod iam paradoxis
suis conatus est. Nam si uir uerus est eadem
sentit & loquitur in similibus eventis. Itaq;
non dubie dixisset: Age Vlysses, Nemo citra
noxam aut à Calipso aut à Circe te auulse-
rit, nam utraq; amat te redamantem eas. Itaq;
alterutra, tibi uere uxor est, qua cum quoque
tempore consuecis. Nam ut est initio condi-
tus homo, ita nunc res habet uobiscum. Quid
sibi uult redundans ac nimia ista tua iusticia.
Quod si amabilis illa Circe legitimæ uxor is
titulum

titulum fortassis parum adæquat , profecto
propriæ nomen sustinet. Totam enim se tibi
uni mancipauit , corporicę tuo obnoxia tota
est , ut nihil esse ea magis proprium poterit.
Totidē ferè uerbis efficere contendit, ut cōcu
binatū Sacerdotū pro cōiugio legitimo habe
amus, aut certe, p tolerabili contubernalitate.

Quæ est ista uero cæcitas clementissime
Princeps sub lege charitatis , hoc est, Christo
regnante ipsis primoribus Ecclesiæ uiris Ec
clesiasticis, qui exemplo gregi esse debent af
firmare esse licitum, ut uxores legitimas sine
uerbo Domini, & contra leges suas asciscant,
& easdem à se temere dispellant , satrietate
abalienati. Quod coniugium sit inter sacrifici
cum & scortum diabolare, & quod non mul
tum referat ut à se iterum discedant, uero ma
trimonio coniuncti utruncq; Consilium, cōtra
leges & mores publicos affuerat. Nam & na
tura couiugiorum constantiam efflagitat, &
oraculum Domini, sempiterno foedere eos
coniungat. Quod Consultor in imperitis for
te agnosceret, sed in sacrificiis ait nihil referre
si à se authoritate legis diuellantur, & si uete
tes nouis amoribus commutant. Nam eam ui
tam in ditione tua sacrifici plerunq; uiuunt, et
alibi magni Canonici & Abbates haud pau
lo impudentiorem. Quam horribile est quod
sensus

DE MISSA, MATRIMONIO ET

sensus probitatis tantopere euanuerit, ut sit amplissimo principi tam turpes cogitationes audeat obtrudere? Quanta est confiden-
tia, quæ patrocinium principalis autoritatis nefarijs sceleribus atq; flagitijs comparare non dubitat. Est ne istud super instauranda re-
ligione consulere? Profecto non est, sed est ue-
ritatem ludere, est fucum facere, est fallere, &
ignominia atq; infamia publice patrocinari.

*De libello re
pudij.*

Quod Moses libellum repudiij permiserit,
non erat vinculi coniugalis laxatio, sed ea ra-
tione consulebatur miseria mulierculis, quæ
sine suo merito pessime ab impijs maritis tra-
stabantur. Propterea Christus ait repudia
propter eorum animi saevitiam permissa esse.
Repudio igitur uxores ingratæ, à cruciabili
seruitute liberabantur, ut quibus animum uul-
nerabat, quod emula post se ducta, gratia pri-
or esset, & indies magis atq; magis diligere-
tur, ipsa autem indies marito in odium ueni-
ret. Qua indignitate mulieri nullus carcer a-
cerbior est, lex repudiū fieri iubet, si uir uxoris
odium coepirit.

Huius rei preclarum exemplum habemus,
in populo à Babylone Hierusalem reuerso.
Nam probas Israeliticæ uxores neglexerunt
quibus, quoniam diutino exilio formæ nō
nihil decesserat, ex puellis Ethnicis nouas su-
perin-

perinduxerunt, matronæ iustæ seruilibus o-
peribus addicebantur. Ethnicæ autem puelle
quæ aut seruæ aut libertæ Iudeis erant matrū
familias honorem ferebant. Hoc scelus Ma-
lachias grauiter exagitat, & Esra cum toto
concilio prophetarum a mulierculis dilectis,
sceleratos atq; flagitosos maritos, multa cum
seueritate abstraxerunt, & filias Israelis prio-
res uxores minus gratas, ut reuerenter haberē-
tur effecerunt. Et repudium scribere iusserunt
eos qui in suas maius odium suscepissent, quā
quod uerbo Domini posset aboleri. Itaq; re-
pudium non soluit coniugium, sed ab eius ser-
uitute qui maritus esse noluit, calamitosas
uxores liberauit. Nam repudio sui iuris factæ
potestatem habebant nubendi melioribus,
sed & lege erat prohibitum, ne semel abdica-
tam maritus reciperet.

In hunc usum est olim permisus libellus re-
pudiij. Nam ab alienato uiri animo uxori affli-
ctæ consulebatur. Qua ratione quid æquius:
injuria enim laborantibus est lege succurren-
dum. Nec datus est libellus repudiij tanquam
per se bonus, sicut alia præcepta, sed in loco ut
ostendimus, est præceptum admodum necessa-
rium, si uir uxorem pertinacius oderit. Quæ
res coniugia non inconstantia fecit, sed firmi-
tate reddidit, cum neq; coniugium ibi esse cen-
seatur,

DE MISSA, MATRIMONIO ET

seatur, ubi est castus amor in tedium & inexplicabile odium uersum. Desist enim animorum consensio, opposito affectu interpolata, quae fundamentum est & substantia matrimonij.

*Divortium
facit pro cō-
stantia matri-
moniorum.*

Quod ordinem & ius Dei opificis de coniugij perpetuitate Moses libello repudiij nolit labefactare, ex legis uerbis de repudio liquet, si satis consideratur. Quia uiro uxorem simpliciter expellendi facultatem non obtulit, sed hanc cautionem apposuit, ut multis circumstantijs rem esse difficilem admoneret. Nam repudium non uerbis obiter fiebat, sed scripto legitimo, quod esset chirographum mariti. In quo fieret mentio diserte, quod eam sure suo liberatam nubere permitteret. Has litteras presentibus testibus repudiandae in manus dabat. Nec ius erat semel dimissam dominum recipiendi, neque adeo sumendi cibum cum ea in sempiternum. Nam ei illa immunda per legem facta erat, neque erat ulla in posterum ratione expianda. Eas litteras ob id dixerunt, **ספר בריתות** librum ab scissionis ut Iudei interpretantur, quia se essent penitus abscessi atque disiecti, nos uulgo exterminij interpretamur, propterea quod is libellus semel datus reditionem omnem uiro adimeret ad repudiam tam ceu resectis ac radicibus euulsis rationibus reconciliandi.

Huiusmo-

Huiusmodi circumstantiae satis arguunt maluisse legislatorem, ut matrimonia sicut ab initio, uinculo indissolubili continerentur, sed quo inuisę uxori consuleretur diuortium uiro duriori imperasse, cuius uitio in oculis dei matrimonium esse antea desierat. Nam consensio animorum, quae ex natura est matrimonij suuesto isto odio pridem exclusa fuerat. Vnde & Caio Iureconsulto diuortium uel à diuersitate mentium dictum est, uel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Taliis ritus maritum diuortium adormantem admonuit ne quid temere, cuius posthac poenitet. Sic legibus Ethnicis in coniugijs & sponsalibus quoq; discutiendis renunciationem interuenire placuit. Quibus diuortium uerū non est, quod non sit animo perpetuam divisionem constituendi, ut cum per calorem iracundiae mittitur repudium pro repudio non habetur. Nullum diuortium Paulo Iureconsulto ratum est, nisi septem ciuibus Romanis puberibus adhibitis. Hæc tit. de diuortijs. Adeoque displicuit legibus diuortium, ut id non ratum haberent, nisi perseverantia recusandi iudicio animi recusasse declarauit. Cum eadem mulier ad eundem uirum reueteretur, id matrimonium non idem erat L. pleriq;. De titu nuptiali.

Diuortium
Vnde dicatur

Hoc

DE MISSA MATRIMONIO ET

Hoc ius repudij sustulit dominus, quamuis
lege receptum esset, sed homo iste suavis, con-
iuges dicit illos, qui sine legibus et ritibus con-
tubernium instituerunt, & ijsdem ius facit ut
sine causa & præter Iudicis ac legis authorita-
tem à se discedant, iterumq; in unum rede-
ant postliminio, prout libido eos circumge-
rit. Verum sublatu*s* est, ut diximus libellus re-
pudiij per Christum à Christianis, quibus cau-
sa nulla esse poterit à se discedendi, donec ua-
let coniugium. Et supra legem, ad ipsa rerum
initia reducti sunt spiritu Christi quicunq;
credūt. Quia iusto lex non est posita, sed ordo
Dei qui ab initio erat ei est positus loco legis,
ad quem semulta cum libertate spiritus attem-
perat. Christiano quidem doctrina opus est,
ut cognoscat quid sequendum fugiendumue-
sit, sed non est, ut eum adigas ad bonum, aut
à malo abarceas ui præcepti. Sicut libello re-
pudiij, quod peius erat repudio prohibebar-
tur. Nam quod malum est, Christiani perse-
oderunt, inflammatiq; natura sunt, quia noui
homines sunt, ad cognitionem Christi & ad
gloriam Dei consequendam, atq; ad ea præ-
stanta quæ alios exædificant. Proinde para-
ti sunt ad colendum matrimonium, ut opor-
tent, quam diligentissime. Hoc est iustorum in-
genium, quibus nulla lex est posita, quia sibi
ipsi

ipſi ſunt lex & ratio honestæ & ſecundum na-
turam uiuendi.

Et quia lex data eſt malis & facinorofis ho-
minibus, hoc eſt carni, que eſt ſine Christi ſpi-
ritu, ea ad regendum mundum promiſcuam-
que multitudinem adhuc pertinet, maxime
uero qua uetat, quaq; abarcet à malo. Nam
fieri non poteſt, ut per Euangelium mundus
adminiſtreſtur, ſed mundus ſemper eſt ſubie-
ctus gladio, & Magistratus ut minister Dei
interdum plectit fontes publicæ utilitatis gra-
tia, ne exempli impunitas ad patranda mala
folliciter imbecilliores. Interdum præcipien-
do aliquid iſtitutiati permittit, ubi ſublimi-
us quiddam præſtandum eſſet, ſi ueram uiuen-
ti ratione incompoſita uitiosaq; multitudo aſ-
ſeq potuifſer. Cuius generis omnino eſt libel-
lus repudiij, qa. pp̄ter duriciā cordis datus eſt.

Ita mundo diuortium res eſt ſalutifera, &
cum primis neceſſaria, ne uulgo in exitium
corporis atq; animæ proruant, adacti atq; a-
ſtricti ad ſcopulos male cohaerentis coniugij.
Quorum bona pars, coniugium non ut opus
Dominij, ſed ut conſuetudinem cupiditatii ſue
acconiodam iſtituit, qui cum turbulentē &
agre cohaerent, utriusque bono diſiunguntur
repudio, & ſic fieri poteſt, ut utrique malis ad-
moniti meliore conſilio magisque ex Deo

Mundo opus
eſt repudiij li-
bello.

T rem

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tem agant, si iterum eis coniugium auspican-
dum. Et si nihil aliud, certe status publicus co-
seruatur permissu repudiij, & aliquibus bonis
eadem remissione consulitur. i. Cor. viij.

Vnde autem animorum abalienatio oria-
tur inter multos coniuges, satis liquet. Quid
enim diuini fauoris sperandum illis est, qui si-
perciti auspicia contubernij illius sanctissimi
fecerunt, quemadmodum pleriq; omnes faci-
unt, qui aut diuitias aut formae gratiam, aut
fructum uoluptatum, aut uulgi existimatio-
nem, aut id genus aliud, sine Deo in uotis ha-
bent, dum coniugium querunt. Nullam in a-
deundo coniugio rationem supputant de eo,
an eius personæ quam ambiunt consuetudo
gloriarum Dei conueniat. Igitur quos mala cupi-
ditas sine Deo coniunxit, eos mutuum tædi-
sterum distrahit & à se longissime disturbat.
Aut si improba quadam necessitate corpori-
bus continentur, animis tamen disiecti sunt,
sit interdum, ut turpis uitæ consuetudo sit diu-
turna, sed hoc sit in grauem offenditionem mul-
torum. Nam Satanas amoris inconstantiam
in suis quo lædat alios pertinacius interdum
cohibere potest.

Qua de causa uidetur concubinatus Eccl
siastico.

taisticorum aliquando esse firmior neq; à Sa-
tana tales infestantur tantopereq; uia satis ha-
bet quod cum piorum offendiculo proui, turpi
ter cohærent. Idem hic finis est Satanæ pa-
rem irrequietis animis prætententis, & alibi
cum offendiculo honorum, sacrificios diuer-
sissimis amoribus impedientis, eadem in utra
que parte uoluntas & studium nocendi am-
bulantibus in uia Domini. Postquam enim
concubinarij, tam quieti, quam intranquilli
animo, prorsus in manu eius sunt, iuxta senten-
tiā Apostolicā, non est ut insidiosis arti-
bus sibi eos deuinat. Hæc de perpetuitate
matrimonij quæ discrepat à concubinatu, à
quo sequens portio definitionis non minus
dissidet, quod nunc ostendam.

Ad summam rerum communionem) Quia
iuxta uerbum Dei coniuges, sunt duo in carne
una, quod ad communionem rerum externa-
rum ferè interpretantur, quam inter coniuges
hac exceptione statuunt, ut utetq; tamen q;
suarum est partium proprie obeat, & ut mari-
tus uxori sit loco capitū, quæ illum sibi domi-
num esse agnoscar, pro tali colat ac pudice ue-
teatur. Illa uero præsit curæ domesticæ, acli-
beris in timore Domini educandis nauet ope-
ram. Vir autem eam diligat ut Christus Be-
desiam, & eam faciat meliorem indies, operi-

T ī que

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

que faciendo assidens rem paret, quatenus ad uiuendum familiæ iuxta suam conditionem satis est ac decet. Nec rerum communio illò rapienda, ut alter alterius munia temere inuidat, ne curam rei culinariæ maritus obeat, ne que uxor eas partes occupet quæ sunt uiri, con turbato ordine naturæ. Sed huius communio nis hic sensus est, ut uiri res, & damna, fama & infamia ad uxorem, & huius commoda & in commoda, nomine atq; ignominia pariter ad il lam attineant.

Quod talis rerum communio esse inter cō iuges debeat ex uerbis in repudijs & renuntia tionibus usitatis arguitur. Quæ sic habent. Res tuas tibi habeto. Item sic. Tuas res tibi agito. Quasi diceret: Constante matrimonio neutrum suas sed communes res pariter utrum que habuisse, quas habuerant, iā eo distracto diuersam esse rationem, ut sibi suas uxor & uir suas habeat, neq; se amplius mutuo respiciant, nullaq; penitus communione teneantur. Præterea ex hoc rescripto Imperatoris idē patet. Cum patronus inquit rerum amatarum cum eius liberta, quæ ab inuito eo diuertit, ue lit experiri, intelligitur hoc ipso nolle nuptam sibi. Nam ea actio non solet nisi ex diuortio oriri. I. quod ait, ff. de diuortijs. Quin id extra controversiam esset, si ex iure hæreditatis diuidentur.

diuidundæ, quo triuncem uxori uel uulgo tri-
buimus. Quid autem hic Sacrificus cum scor-
to conuenit, quam ei uxorem Consultor esse
contendit. Non habent inter se rerum commu-
nionem nisi precario & usuariam, & quoad
utrique libet, libet autem tantisper dum alia
ad uoluptatem ac libidinem animi congruen-
tior impuro nō obuenerit. Si nouus amor obij-
citur, mox numerata mercedula operæ, uete-
rem amicam domo abiicit, tanquam in sua
Repub. summus dictator sine lege, sine iudi-
ce. Ergo inter eos, nulla rerum communio est,
eoq; nec duo sunt in carne una, quæ est matri-
monij definitio. Sequit̄ non esse matrimonij,
sed foedum contubernium, & grauis offensa-
tio, ab eo qui gregi exemplo esse deberet, cum
illa quam talibus moribus neq; in grege domi-
nico ferre deberet, imo neque ipse est de re-
gno Dei, ex sententia spiritus.i. Corínth. vi.

Aut suscipienda prolis &c. Finis matrimo-
nij adeunti est triplex. Nam aut contrahi-
tur ob spem prolis, aut in præsidium aduer-
sus flagitosos amores, aut etiam propter ui-
tam commodius transigendam: interdum pro-
pter omnia simul. De singulis igitur ordine ui-
deamus.

Primo propter prolem queritur coniugi-
um. Quamobrem Pomponius censet fœmi-

T ij nas

*Batum ma-
trimonij pro-
les.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

nas esse debere dotatas, atq; hoc publice in-
teresse. Nam tales ad sobolem procreandam
replendāq; liberis ciuitatē maxime sīnt necel-
sariæ. Ex sacris autem literis idē colligit. Quia
hoc præceptum humano generi cœu naturale
positū est. Crescite & multiplicamini. Quod
idem in nouo mundo post diluvium tanquam
pernecessarium reperitur. Sequitur eum, qui
ad hoc vocatus est ut sit pater, maritum fieri,
gignendisq; liberis dare operam debere. Qd
moribus quoq; ueterum comprobatum est.
Nam hæc traditio priscis hinc nata est, quod
masculus aīno decimo octauo aut uigesimo
maritus fieri debeat, nisi discēde exercēdāre
legis cura cū excusauerit. Cuius exceptionis
exēplum uix unum atq; alterum ex omni au-
tiquitate proferunt. Quemadmodum ex præ-
fatione libri Arba Turim & alias uidere est.
Tam necessaria res, & authoritate Dei seuerit
ter præcepta, matrimonium illis habitum est.

Liberitas ad
coelibatu co-
lendū à Pau-
le defenditur
4 Cor. 7.

Hinc Paulo multum negotij delatum à Co-
rinthijs, ut liquidum facret posse uitam piam
extra coniugium cōsistere, adeoq; melius esse,
quia tempus contractum est, agere coelibem,
quām coniugem. Grauis enim sarcina, est fa-
milię curatio hoc est uxor cum liberis, ei qui ad
nutum uel in mortem nudum Christum se-
qui studet, omnes enim Christiani hāc sequen-
di uo-

IURE MAGIST. IN RELIG. 150

di uoluntatem baptismo professi sunt. Itaq; dicitur
vñus Apostolus consilium dat, super uira coelibe,
non simpliciter, sed cum adiunctione, si
nulla sit ad coniugij necessitas, neq; sibi neq;
virgini suæ putet indecorum, hoc est, si id sibi
expedire iudicat. Quam cautionā alia testifi-
catione communiens, hoc inquit ad id dico,
quod uobis conducibile est, non uti laqueum
uobis iniçiam, sed ut qtd honestum ac deco-
rum est sequamini, et adh̄reatis Domino sine
ulla distractione. Summe autem cauet diui-
nus uit, ne sanctitas matrimonij prædicatione
uirginitatis ullo pacto eleuetur. Proinde &
patrē q; filiā nuptū elocat, liberat à criminē. et
tot cōditionibus circūallat uirginitatē, ne q;
uis ad eam sibi tuendam temere irrumpat.
Huc facit quod prohibentes matrimonium
contrahere, alibi dicat à fide destituisse atque
attendere spiritibus impostoribus & doctri-
nis dæmoniorum, qui per simulationem falsa-
loquuntur, atq; hæc uisum de fine matrimo-
nij adjicere.

Deinde habet definitio (Aut uitandæ scor-
tationis gratia.) Sunt qui nō tam prolem qua-
runt, quam pudicum coniuctum, quibus hoc
sanctius ac honestius est coniugium quod eis
ualet ad remedium incontinentiæ, quo minus
se uaga & incerta uenere conspurcent. Hæc so-

*Vxor ducen-
da propter
uitandam
scortationē.*

T iiiij la cau-

DE MISSA. MATRIMONIO ET

la cautio abunde est ei, qui dono continentia:
caret, ad coniugium in Domino instituendū,
approbante diuo Apostolo: Bonum est, in-
quit, homini uxorem non attingere, sed prop-
ter scortationem uitandam, suam quisq; uxo-
rem habeat, & suum quæq; virum. Quocirca
legitimum ac sacrum adhuc matrimoniuū est;
quia uerbum Domini habet. Et si nulla spes
prolis, ut nulla est, cum aut annis effeta duci-
tur, aut que ex morbo ad foetum concipiendū
est inidonea, aut quæ natura sterilis habetur.
Quod quidem non est illicitum modo cætera
quadrent, & in mente Deum præcipue propo-
situm habeant, cuius uerbo a culpa defendi-
tur naturæ uitium. Verbum autem Domini
hoc est. Propter fornicationem uitandam u-
nusquisq; suam uxorem habeat, & unaqueq;
suum virum. Quod natum est ex illo Moi.
Non est bonum homini esse soli, quod opifici-
causa erat pro viro faciendæ uxoris, & ne
sine socia uitam degeret factam ad illum pro-
tinus adduxit.

Hoc iure usa est omnis Hebræorum anti-
quitas, cum enim præcepto gignendæ prolis
quod his uerbis comprehensum est, Crescite
& multiplicamini, satisfactum esset, liberum
secerunt, ut quis sterili natura uxore iteretur.

Quod

Quod si quis in decimum annum sterili con-
sueisset, monogamus, & ex priore aliquo cō-
iugio nullam antea prolem suscepisset, adige-
batur per Magistratum, ut diuortio sterili re-
nunciato fœcundam duceret, quo præcepto
Crescite & multiplicamini satisficeret. Cui
præcepto semel in uita omnino erat satisfaci-
endum. Sed & Canones Ecclesiastici, iurraq;
seculi huius, et scholastici quoq; doctores, has
duas matrimonij causas agnoscent, quare nō
est ut eis explanandis prolixius immoremur,

Quanquam aduersarius patres Ecclesia-
sticos opponere propemodum posset, quo-
rum authoritati debemus quod præ cœlibatu-
matrimonia iam seculis aliquot uiluerint. Et propter
tamen patribus pius error imposuit, nostris
autem fucis causa est exigendi cœlibatus uo-
tum, habendi cupiditas. Illi in ædificationem
ecclesiæ respexerunt, Hi uentris & inguinis
causa faciunt omnia. Illi uiderunt matrimonij
onera & curas alendæ familiæ studium pro-
mouendæ ecclesiæ sæpius excludere. Hi uero,
ut sunt in suo genere filij huius seculi pruden-
tiores quam filij lucis, animaduerterunt opu-
lentiam & regnum suum cœlibatu stabiliri,
matrimonij autem contrahendis redigi in or-
dinē, atq; imminui. Patribus quibusdam ue-
niale peccatum erat, præter spem prolis gene-

Vnde cœliba-
tus præce-
ptum.

T V randi

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Patrum co-
gitatio de
cœlibatu.

randi attingere uxorem. Ecclesiasticis peruer-
sis omnino habere uxorem lætiferum est, im-
pune autem incertis frui amoribus aut etiam
domi alere concubinam. Quanquam non ne-
gemus Patres alioqui stantes à nobis per om-
nia, huic abominationi impurissimorum cœ-
libum aditum præbuisse. Nam cum illis infir-
mitas & peccatum esset uxori coniunctum
esse, ut August. de bono con. ait, necz alienus à
peccato, haberetur thorax immaculatus &
muliebre vasculum cum reuerētia possessum.
Nemo non putauit esse tutius agere cœlibem
quam maritum. Nam omnino non attingere
mulierem facilius est quam tantum commi-
sceri semel, dum secunda foetus concipiat.
Hinc tanta virginitatis præconia, & monasti-
cæ uitæ tantum studium: quam commenda-
uit multis hominibus persecutorum iniqli-
tas. Alieni enim à commercio mundi, ab odijs
hominum esse remoti videbantur. Exercue-
runt tñ monachi studia literarū, & preces, &
in uictu quærendo occupati fuerant, donec
facultatibus succedentibus præpositi eorum
a uerbo Domini docendo, ad tuendas augen-
das sue possessiones distraherentur. Quibus té-
poribus nata sunt præcepta de cœlibatu, &
de pastoribus eccliarum necessities ab uxo-
ribus

IVRE MAGIST. IN RELIG.

ribus abstinenti sit oblata. Quid multis res
in peius indies abiit, donec nesciretur quid
matrimonij ius & priuilegium esset, & quis
usus ueri coelibatus, atq; adolescentis & uiri
etiam pleriq; animum frequentius assimula-
rent continendi, propter opes ecclesiasticas a-
dipiscendas, aut si uere continentiam foue-
rent per impiam id facerent superstitionem,
tanquam fouisse opus esset regni cœlorum me-
titorum. & sic homines ut in illo genere opti-
mi maluerunt uiri quam nubere, contra præ-
ceptum Apostolicum. Quare uenia digni esse
uidemur quod hac in parte maiorum authori-
tatem alioqui sacrosanctam nobis, desera-
mus. Ex qua nemo non uidet interitum pudici-
tiae extitisse, perinde atq; ueri cultus euersio-
nem, & ex aduerso Antichristi abominatio-
nem inoleuisse in Ecclesiam cum moribus
plus quam profanis.

Postrema clausula definitionis (Aut mutui
propter uoluntatem Dei adiumenti uitandi q;
tedij solitudinis gratia. Hęc adiungitur ex scri-
pturæ sententia. Nam id oraculum certum
est. Fecit Deus adiutorium Adæ, simile ipst.
Ideo mutua opitulatio in bonis coniugij per
scripturam habetur Quod si quis uoluntatis
propriæ potestatem habet, nec prorsus lapis
est, aut si quis uergentibus annis sibi illibera-

Causa mutuā
adiumenti
uxor.

Ieae

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

¶ ac fœdum putat aliena uiuere quadra, aut si
ob. ualetudinem familiari multarum rerum
administratione indiget, ille quantum com-
moditatis ab uxore sedula accipiat, uix dici
potest. Nā funestus coelibatus rædio solitudi-
nis mirifice laedit quorundam animi quietem
& commoda ex illo coniugum domestico &
naturalissimo coniuctu existentia interuerit
omnia. Ex quo priisci Hebræi proverbiū uice
hanc sententiā celebrarūt, לֹא כָל־מִן־שָׁאוֹן בְּלֹא שָׁמֶחֶת
אֲשֶׁר־שָׁרוּ בְּלֹא טוּבָה נַכְלָא Habet sarcinam suam con-
iunctus coniugalis certum est, & uerus coeliba-
tus ocium & expeditam curis huius seculi mē-
tem neq; hoc inficiādum. Sed probabilis spes
utilitatis non satis est ad constituendum ad
uersus legem Dei & naturæ. Deinde coniugi-
um suam quoq; utilitatem habet, nam exerci-
tatione multa ad fidem Christi & ad abnega-
tionem sui consequendum opus est, in quem
usum cedunt molestiæ uxoriæ, ad hæc, se mu-
tuο consolantur cōiuges in aduersis. In quam
sententiam dicitur: Væ homini soli, quia cū
cecederit &c.

Sed quem finem optime Princeps Ecclesia-
sticorum in tua ditione illegitimus cōcubina-
tus habet: certe nō posteritatis spem, nam ple-
runq; delegunt, quæ sunt aut natura aut arte,
aut

aut libidinis frequentiore usu steriles factæ.
Et in hoc spectant quod tales sint ad uoluptatem magis appositæ, et amatorem nutricationis molestia non afficiant. Sic isti non propter regnum coelorum, sed scelerum eunuchi fiunt. Quod si cui soboles inexpectato obuenit, ex eo uilior habetur etiā socijs flagitijs, quia propior naturæ adest, cum qua cœlibatu suo, bellum gerendum suscepereunt. Deinde quo loco ex se natum infantem ducat: quo animo alienum suscipiat: quem damnatum esse & habeti norunt, & quem execrabilem ac incestuorum hominum existimatio suo parentis uitio ducit. Nam audire semper cogitur, sacrifici filius, nothus, spurius, & id genus, ut eos recentiores quoq; Roma, pontificum Canones nominant. Id parenti perpetuus dolor est, siquidem honesti curam non dum totam abiecit. Naturales enim filij honestiore esse loco & legibus & moribus receptum est, cum illi fieri legitimū nulla autoritate possint, & si Romanæ Ecclesiæ leuitas uulgo quæsitos dignitatibus & opibus Ecclesiasticis maximis ornent, nedū iustis natalibus condecorat.

Nec est, quod ope mutua sibi prosint sacrificus & concubina ad uitæ huius incommoda leuanda, sed sibi inuicem tormento sunt, si Dei cogitatio in eis seria est. Quia conscienc

DE MISSA MATRIMONIO ET

Ita mali sauvissimum tormentum est, quam diffissime conturbat illa publica bonorum & grauissimorum virorum execratio. Quis enim mediocriter bonus ante huius Consilij scriptorem tantam foeditatem non insigni quadam nota & ignominia condemnauit, quanta inquinatur istud turpe & despicabile cum metetoria muliere contubernium sacrificorum, qui cum exemplum uitæ, quod plebs imitantur, titulo & professione pollicentur, ista uitæ turpitudine, publica fiunt corruptela. Profecto nemo omnium quod nos sciamus, tale genus uiuendi non uituperat. Ea reuerentia gratia Deo persuasæ probitatis adhuc superest, & moribus depravatis adhuc in publico obtinet.

Hactenus de definitiōe matrimonij, quam sum enucleatus prosecutus, quo liqueret, quantum distaret legitima uxor ab execrata legibus & moribus meretrice, quantum maritus a concubinario sacerdote, & ueritas a mendacio. Nam coniugij definitio tota concubinatul sacerdotum, quæ legibus canonibus & iudicio omnium est prohibitus, recta opponitur. Quocirca neque nomen neque res matrimonij eidem unquam conuenerit. Proprie enim & ex instrumento ueritatis loquendum est ei, qui consilium animi sui sine suo principio præclaro.

Præclaro et ueritatis amantissimo datus est.
 Nam forte est illi propterea coniugium quod
 ad concubitum, scorta illa sacrificis pareant
 perinde ac matrona uiro legitimo. At longe
 alia honestas uenit matrimonij & uxoris ap-
 pellatione inter Christianos. Nam uxor uer-
 bo Domini ornata est, & in exemplum rei ar-
 canæ ac sacerrimæ per spiritum Dei assumpta
 est, nimirum Ecclesiæ cum marito suo Chri-
 sto, quo minus decet ut in ea aliquid turpitu-
 dinis eluceat. Itaq; fatemur, cum concubinæ
 uxori honestæ multa esse communia. Sed nos
 Christiani non aliud discrimen eque obserua-
 mus, atq; uoluntatem & uerbum Dei, ex quo
 usus uxoris à peccato liberatur, concubinæ
 autem uituperatur, notamq; sceleris atq; fla-
 gitij subit publicam.

Nunc igitur reliqua Consilij argumenta di-
 scutiamus. Inter alia, multis affirmat Sacerdo-
 tum contubernia cum scortis suis inita inof-
 fenso Deo diuelli non posse. Ex quo intelligi-
 tur, quod sentiat ea, quasi uolente Deo coiisse.
 Nam eorum coniunctionem factam esse nos
 homines probamus, quorum dissolutionem
 iure fieri negamus. Proinde operæprecium
 facturi uidemur, si quæ sit uiri & mulieris so-
 cetas, & quamobrem & quatenus ex Deo sit
 explicauerimus diligentius.

Extra

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Omnia ope-
ra ex Deo.

Extra controversiam est omnia quæ sunt
uel pessima facinora esse opera Dei, ut parrici-
dium & furtum, quatenus efficientia quæ to-
ta Dei & semper bona est consyderamus. Nā
scelerorum quoq; hominum vires ex Deo
& opus Dei sunt. Quis enim mortalium ex se
ipso quicquam potest? Actuositas igitur om-
nis unius Dei est, qui mouet & agit omnia,
sed quodq; pro suo ingenio, ut impium iuxta
peruersitatem cordis sui. Ex quo facinora ma-
la hominis uitio tribuuntur, & scelerati homi-
nes malefactorum pœnam luunt, quod eorū
culpa, ea quæ Deus bene agit, in ipsis uitiata
sint. Bonus enim impulsus est qui ab optimo
Deo est, sed malum factum, quod per malum
ingenium fit, Vitium ex instrumento non ex
actione. Omnia igitur Deus facit, qua gene-
ralitate quæcunq; sunt includuntur. Quia si-
ne ipso factum est nihil, quod factum est.

Quæ pro-
prie ex Deo
Deinde peculiari modo ex Deo effedi-
cuntur ea, quæ singulari quodam iudicio, ad
gloriā suam in scripturis ipse ordinavit. Quæ
rursus in duo genera secernuntur. Aut enim
sunt quæ causa puniendi mundum, & pios
etiam, parum obsequētes sunt, siue fiant, per
bonos siue per malos homines, siue per alias
res aduersas. Aut sunt quæ propter salutem er-
ectorum & per uerbum Dei instituta sunt, et
ea par-

ea partim hominibus uniuersis, partim per se
cuiq; competit.

Prioris generis sunt bella Domini & pœ-
næ prævaricatoribus irrogatæ. Bella autem
Dominus gerit. Interdum quidem per bonos,
ut per Mosen contra Amalech, per Iosuam cō-
tra reges Cananeos, per Dauidem aduersus
Philistæos, Moabitæ, Syros & Edomitas. In
terdum autem per malos, ut cum Deus Abso-
lonis rebellione peccatum Dauidis patris ul-
tiscitur, cum Assyrios grassatores Babylonii
osq; tyrannos in populum suum degeneran-
tem toties incitat, cum rursus punit hostes su-
os opera Cyri alienigenæ cui ob id Christi
appellatio tribuitur, & cum iudicium ætate
toties uicinos hostes, in defectores Israelitas
immittit, quo concupiscentia mala abductos
& sua culpa elapsos in uiam paternæ reuoca-
ret. In hanc priorem classem referuntur, fa-
mes, pestis, bestia mala, infelicitas & omnis
maledictio legalis, quæ mala Dominus im-
mortigeris per legem & Prophetas perpetuo
minatur irroganda, nisi ij qui aberrant admo-
niti resipuerint. In summa, mala omnia qui-
buscumq; humanum genus affligitur, & quæ Causa malorum
aduentum Christi præcessura esse prædicun-
tur in scripturis, sunt ex Deo & uelut mini-
stri Dei, quia uoluntatem eius faciunt, perden-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

do carnem omnem, quo electus & spiritualis
Israel ab exitio mundi seruetur. Nam interitus
mundi salus est piorum. Quodq; merito stu-
pemus, spiritus quoq; mendaces & imposto-
res pro ministris utitur ad puniendos homi-
nes. Nam obsequuntur Deo, & missi Pseudo
prophetas decipiunt, & deinde alios quoque
mendacium præferentes ueritati periculo se-
fallunt, publiceq; in fraudem uocant. Sic spi-
ritus morborum à Deo immittuntur.

Hoc modo ex Deo est sacerdotium istud ex-
itiabile, quod iam seculis aliquot Christi Sa-
cerdotium conculcat suis falsis spebus, neque
aliud quām flagellum Dei est. Inde tales no-
bis duces religionis cæciduces cæcorum exti-
terunt. Nā lex rebelli populo minatur, quod
in malis summum est ecclesiæ dissipationē p-
dispersiones gentiū, hoc est, ut uerbi & sacra-
mentorum legitimo usu priuati, per idololatri-
am cōtagioq; maledictorū uarie polluantur,
ex conuictorum impietate. Et tñ ea deus beni-
gnitate est, ut in bonū electis tandem cedat om-
norem fidei malis admoniti, rigidius posthac
prosequuntur, ne in peiora mala incurvant, O-
mnia quidem Deus uel pessime facta in meli-
us conuertit, qui creauit omnia, & impium ad
diem malum, sicut enim electis, ita & impījs ad

**Ex Deo cor-
ruptū sacer-
dottum.**

ad gloriam nominis sui abutitur. Ex quo magistri acerbissima Dei appellationem habent, & Deo tanquam authori per scripturam transcribuntur. Sed matrimonium, quae res bona est hoc modo ex Deo esse non dicimus, sed est res per se bona, quia non est bonum homini esse soli.

Posterioris ordinis sunt quaecunq; lex uel uerbum Dei bona atq; salutifera, populo præcepit, ut sunt ea quae omnibus prosunt, ut publici conuentus & ceremonie causa Verbi Dei audiendi & utendi utiliter Sacramentis institute, atq; ea quæ singulis prosunt, cuiq; p sua uocatione: nam generibus hominum diuersis diuersa officia per scripturam passim adscribuntur. Quemadmodum paroetici ferè, ut quisque officij admoneantur, ex scripturis plenari proponunt. Huiusmodi leges & ordinationes, quia bonæ sunt nostro quoq; iudicio & Verbum Dei expressum habent, ex Deo esse propriissime dicuntur. Hoc pacto ex deo esse matrimonium affirmamus. Quia oraculum sic habet. Bonum est homini non esse soli. Et rursus, uerbum dei est illud. Propterea relinquit homo patrem & matrem &c.

Verum non protinus erit opus ex Deo quod habet uerbum & mandatum Dei, sed necesse est ut accedat uoluntas & animus ad illud ipsum.

V ij sum

DE MISSA, MATRIMONIO ET

**Nuptiae corā
deo animum
postulant.** sum opus faciendum, propterea quod Dominus Deus ita fieri iussit. Matrimonium Ad liquidum uerbum habuit et ad eum Euam Dominius in Adamo coniugium tale nondum opus Dei extisset, si tanquam à manu Dei & propter uerbum illius coniugem non fuisset amplexatus. Verbum enim Domini per fidem apprehensum primum efficax est, cuius affectionis initium in animum afficiendum exercitur. Itaque Adami coniugium proprie est Dei opus. Nam suam uoluntatem declarauit, cum hoc uerbum Domini ex fide edisseruit. Hoc os ex ossibus meis & caro de carne mea &c. Credivit igitur uxorē ex ossibus & carne sua esse, sicut in eo Dominus locutus erat. Quocirca mariti non solum habent uerbum Domini in genere, sed nominatim sciunt quisque hanc suam uxorem sibi diuinitus locatam, & propter uerbum & iussum opificis non gratia libidinis ei esse adhærendum.

Si queritur, unde discemus hac tempestate quam mulierem cui uiro Deus copulauit, post ne scriptura quam oracula priuata, ut initio Adamo, ferè uerbū dei cognoscitur. niemini nunc deferantur. Respondeo, huius cogitio in promptu est, sicut nulla in re alia ad salutem conferente, suos animi dubios esse dominus relinquit. Nam si spōsi ac desponsēamus

mus ad uoluntatem Dei spectat, nihil certius est quam eorum coniunctionem ex Deo existere. Et uoluntas dei abunde intelligitur per disertum uerbum, deinde per graues circumstantias ex uerbo Domini desumptas, aut per alias ciuiles ordinationes quae dei quoque sunt, & si expressum uerbum non habet, ciuibus enim ordinationibus mundus quoque tempore administratur, & ea administratio non hominem, sed Dei est. Hæc de signo externo dicere libuit. Deinde præter illud qui Deum respiciunt, suum sentiunt uerbum interius, quod quidem signis illis externis evidenter quadrat. Nam ad animum timentem dominum accedit mens spiritu Dei illuminata, ne pro uoluntate Dei prudentiam carnis apprehendat. Itaque dupli testimonio de uoluntate Dei certior mens credentis redditur. Ad quam sequendam factisque exprimendam timor Domini castus instigat, etiam homines a fide & usu scripturarum alienos. Nam honestatis & pietatis semina conditor omnium ingenio insævit, quae tamen sœpissime prauis moribus et uitiosa consuetudine adeo adobruuntur, ut in segetem iustum rarissime existant, imo raro admodum in herbam adolescent. Tanto gelu noxiarum cupiditatum natura omnes oppressi sumus.

V ij Liquet

DE MISSA, MATRIONIO, ET M

Cerimoniæ
nō satis sunt
ad iustum cō
iugum.

Liquet fieri posse ut quis legi per omnia in speciem respondeat, ritibus nuptialibus adhibitis, & tamen iustum matrimonium coram Deo non habeatur. Ut si quis impurus nebuloso parentum uoluntate uolentem puellam uxorem accipiat, simulq; benedictione ceremonia & pompa nuptiali legitimum se institueret commercium, cum ea præ se ferat, non tamen animus flagitioso isti fuerit auspicandi certum matrimonium, sed explendi tantisper animum, illa occasione donec libido eius erga illam deferbuerit: Hinc sane nullum coniugium legitimum est, & adsunt omnia, præter quam mariti animus qui fundamentum est & substantia coniugij. Idem sentiunt scholæ in. iij. senten. dist. xxvij. & iura Pontificum, non uno in loco. Nos spectatores externi pro marito eum habemus, ut quibus iudicandum est ex coniecturis notitia hominum extantibus, atq; in partem meliorem interpretanda sunt omnia. Et charitatis est, ut existimemus istum noluisse mentiri deo et hominibus cum damno suo & proximi tanto. Ex notis iudicandum nobis, & recondita uni Deo patent, nobis autem ne oculis quidem subiecta satis nota sunt. Sed & Magistratus adulterum censeret eum qui familiarius quam pro pudentia matrimonali cum tali muliere consuesceret;

Nam

Nam eam iuxta leges suas non potest non habere pro uxore eius uiri quo cum ritibus publicis testata esset matrimonium, & si reuera uxor non sit, quam nusquam ille uoluit habere loco uxor̄, sed ut lex ait בְּפָרָתָה blanditijs decepta est, ut cui procus fidem fecerit, illam sibi uxorem fore, quo se ei abutēdam permitteret.

Neq; animus quamuī ad contrahendum auidus satis est, sed prēterea opus est legitima rum circumstātiarum obseruantia. Ut si quis absq; parētum uoluntate, & neglecta ceremonia ecclsiæ cum qua degit, puellam aliquam sibi uxorem nuncupasset, quam diligeret plurimum, & illa illum uicissim, illorum coniunctio nequaquam est, neq; apud Deum legitima, & si mutua uoluntas & sponsio certa intercessit, quia sine lege, sine uerbo & sine ordine Domini, quē ille publice obseruatum uoluit, sed priuata & illicita uoluntate transegerunt. Quocirca transactio illa est illegitima. Vnde enim de legitimo & de Deo placito cōiugio sibi persuasionem induerent, cuius uoluntatem superbe contempserunt. Quanquā metus inter se clam contrahentes excusat, & corā deo, sine cōscientia uulgi esse poterit matrimonii, si uoluntas est cum impune poterit publice fatēdi, et utēdi solita ceremonia. Quo

V iii tempore

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tempore prodest, ut matrimonium uni atque alteri fidei amico fateantur. Cuius generis matrimonia aliqua inter Sacrificos, sub Antichristo captiuos fortassis inuenire est, que in iusta esse nemo facile dixerit.

Iam clarissime princeps animum Deo uerbo suo confidentem consyderat, & T. Cels. receptum ordinem, uerbo Domini congruentē, & circumstantias ex uerbo Domini cōmendatē, christianus princeps iure magnis facit. Quocirca contuberniū illud q[uod] uerbo domini & honestati ab omnibus approbatæ cōtra triū est, matrimonii esse omnino negat. quæ causa est, cur impurum istum Ecclesiasticorū concubinatum prudentes & boni omnes uehemēter improbant. Nam contra uerbum domini, cōtra publicam, ut uocant, honestatem, contra leges Cesareas, ut nunc sunt, pontificia que iura & contra omnem probitatis sensum est institutus. Mirum uidetur quid in mentem Consultori uenerit, ut uerbo domini & publicæ disciplinæ, & omnium approbationi unus in re tam aperta repugnaret.

Quanquam fieri potest, ut homo alioqui satus hoc tantum loco sibi exciderit, & adactus singulari tentatione dixerit per occasionem, quod libero iudicio nunquam dixisset. Nam indecorū est Christiano et ab homine uerecū
do

do alienum specie consilij dandi dare operam
ut fidem faciat licere rem tam absurdam. Ni
mirum sine peccato & offensione Dei, tam fœ
dam cohabitationem meretricis & sacrifici
dissipari non posse. Quæ sententia cum aper
to uerbo domini & cum moribus sanctorum
omniū tā huiusquam superorū tēporum pu
gnat. Neq; quisquā mortalium ante eū extitit
qui sensum haberet ullum honesti, & fateret
existimare se, qd contubernium tale non sit ui
tiosum, nam instituit uiolatis legibus & cano
nibus Ecclesiæ, quos contemnere & rejicere
non licet, quatenus congruunt uerbo Domi
ni Aliud erit si doctrinas dæmoniorum sta
tuere cœperint homines prohibendo contra
herematri monia, & à cibis abstinere iuben
do quos Deus creauit fidelibus ad summen
dum eos cum gratiarum actione. Atqui con
cubinas quatenus non sunt uxores iuxta scri
pturam neq; matres familiās iuxta legum au
thoritatem optimo iure uetererunt, & omnes
homines eam uerationem approbauerunt &
usq; approbant. Neq; enim alicuius æstiman
dū est quod Porphyrii & Luciani, hoc est, ni
hil credentium sectatores in latebris impieta
tis mussitant. Ii pecudum more fortuitos con
gressus legitimis matrimonij facile antepo
nunt. Quos quidem explodit non solumpu
v v blica

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

blica religio, sed etiam communis sensus, quo
natura imbuti sumus. Quia nulla unquam
gens Christiani nominis licere existimauit, ut
tam abominabilis libido, in illis impunita dis-
simularetur qui gregis exemplum esse debe-
rent. Et qui fieret ut sub hac Euangelij luce
quisquam ferret flagitio nefario pudicitiae co-
iugalis titulum prætendit? Profecto manibus
ac pedibus hominum iudicia reluctantur.
Nam tolerabilius multo culpa est si latet, quam
si authoritate illustratur. c. nemo Dist. xxxiiij.
Quid est autem sperandum ubi lege coepit
ualere, & ornari honesto titulo peccatum, ut
consilium ornat, omnem enim legis authorita-
tem habet ei pium matrimonium: qua applica-
tione Concubine conuictus uenit consultori.

QVOD MATRIMONIVM, ORDIN-
nem aut lege aut moribus receptum, profun-
damento semper habuerit.

CAP. XXXIX.

Matrimonia
tempore di-
luij.

CVm obseruassent filij Dei quod filiae
hominum pulchre essent, quam quisque
appetit, eam sibi fecit uxorem, sine ulla ani-
maduersione diuinæ uoluntatis, aut publicæ
honestatis. Hanc intemperantiam libidinis
Deus

IVRE MAGIST. IN RELIG. 150

Deus grauissime ferens. Spiritus, inquit, meus
non habitabit in homine in perpetuum, quia
caro sunt, Gene. vi. Ex quo uidere est quod
sub diluuium uxores duxerint, sed præente
rationem appetitu. Quia legitur, de omnibus
Quas elegerunt, hoc est, ut appetierunt, & non
ut a Deo obtigerunt, neque ut opus Domini,
sed potius ut ludibria uoluptatis uxores acce-
perunt. Consyderarunt enim quod essent fi-
liae hominum pulchre. Itaque connubia illa nō
ex Deo, sed ex ardore concupiscentiae consti-
tuerunt. Cuius gratia diluuiio nefarios homi-
nes tandem Deus aboleuit. Quare liquet non
satis esse ad iustum coram deo matrimonium,
mutuum & constantem amorem, sed requiri-
tur, ut amor ille ad uoluntatem Dei notam &
spectam utriq; sit comparatus. Simulq; ut si
fi Dei, hoc est, qui prædicti ab adolescentia tū-
more Domini, se nō profanis hominibus ad-
misceant, sed parentum pietatem pro summa
dote ducant. Hęc uera atq; diuina matrimo-
nia sunt. In quibus usui uenit ut affectum alio
trahentem uincat pietas, aut metus pœnæ. Ut
cum quis interitum mundi exhorrefcit & per
suasum habet, quod quisquis puellam piam et
affinitatem Deum reuerentem querit, facile
causam diluuij sit uitaturus, & ob id non for-
mam corporis, sed informatam Christo men-
tem

DE MISSA. MATRIMONIO ET

tem deligit. Homo enim eo animo tum uxori non accipit pro libidine, sed eam illi Deus adducit, iuxta uerbum suum, qui non dispares amat, sed uera religione coniuctos. Summa plane animorum consensio est, si Dei benevolentiam per fidem coniuges in se pariter agnoscant. Ex quo certiores fiunt in matrimonium se conuenisse procurante Deo, quandoquidem uterque uitam & mortem suam in Dei gloriam destinat, & mariti adiutorium uxor existit, et huic ille caput.

Carnalia coniugia diluvio Deus olim ultus est, quod ex citata historia uidet, cur nunc Satanicam scortationem ex ueteratione natam matrimonij, mutare principi ministro Dei nefarium esse debet? Quasi non attineat in regno spiritus ad ipsum spiritum animaduertere, sed suum cuique fas sit appetitum sequi. Quis est, quam ut abiepto pudore nos abducendos modo turpes sine motu publico fuerimus. Quia iam nihil distabit a scerto legitima uxor. Propudosæ enim sacerdotum concubinæ nunc sunt uxores, nihil filia ab aliena discernatur: postquam mutuus amor satis est ad pium coiugium. Sic uiolat naturam funesta sua sententia Consultor, quæ ut sanguinis propinquitatem

*Adulterium
contra legē
naturæ.*

tatem, ita & adulterium etiam ante Mosen incestum fecit. Quemadmodum uidimus ex Leuit. xvij. cap. ubi legitur quod adulterio, & rem habendo cum cognatis se polluerant Cananæi, lege Dei per Mosem nondum prodita.

Quanta autem obseruantia matrimonium gentibus fuerit in lege naturæ, potissimum duabus exemplis ostendemus. Nam Pharao Egyptius & Abimelech rex Gerar, illud ut rem sanctissimam, & adulterium ut atrocissimam habuerunt, cuius nomine totum regnum in discrimen uenisse iudicarunt, Gene. xij. & xx. capitibus. In quibus regibus naturæ uim certis ut ante Mosen erat, quæ uidetur informata fuisse aliquo uerbo dei mentibus impresso, aut à maioribus accepto. Quorum adhuc tem poribus uulgo obtinuerat adulterium esse peccatum parricidio grauius. Quanquam Hiskuni author non malus ait illos delegisse matriti parricidium, ut id semel fieret quo reliqui congressus omnes nō essent incestuosí, adhuc tamen adulteræ consuetudo peior existimat homicidio, quia levius duxerunt interfici hominem, quam coniunctum esse uxori alieni hominis. Itaque appetat adulterium maxime iniurium extitisse. Proinde ex hoc publico iudicio est quod Abraham ad Saram uxorem, scio, inquit, uxor, quam tu es forma eximia, Aegyp-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Aegyptij, si te mihi uxorem esse cognoscen-
mox ut aspicerint, me occiso, te uiuam super-
esse uolent. Mei igitur seruandi gratia dicas te
mihi esse sororem.

Liquet igitur quod seculum illud leuius du-
xerit homicidium quam consuetudinem adul-
terij, neque tamen animaduerterit, utrumq; fa-
cinus admissum esse, si q; s; supstite a se interfec-
ti uxore abusus fuisset. Nam quod adulterii
atrox facinus existimauerint ex uero iudicio
fuit, illud autem ex cæcitate carnis, quod ab a-
dulterio existimarent se fore immunes, si per-
emptus uir esset. liquet igitur quod summa ue-
neratione tu fuenterit matrimonium.

Neq; tamen credibile est matrimonio tan-
tam opinionem aliunde conciliatam fuisse in-
tam rudi ætate, quam ex hoc uerbo Domini,
quod ore Adami in horto Eden dictum est.
Propterea relinquet homo &c. quod unum
est inter sex præcepta naturalia Adamo tradit-
a, quæ post diluvium repetita sunt.

Ergo liquet ætatem lege superiore, non
tam studio uitandæ publicæ perturbationis,
quam timore &c reuerentia Domini uitasse a-
dulteria. Omittimus citare, quæ de adulterijs
Cæsareæ leges sanxerunt, & quæ exempla in
adulteros historiæ prodiderunt, non sine, ut uf-
detur, instinctu aliquo diuino. Cuiusmodi
Cels.

Cels. T. pastores & ministri Verbi petenti facile suggerent. Nā uereor ne Consultor excipi at earum rerum mentionem nihil firmi habere. Apertis itaq; testimonijs causam hanc peragamus, quorum fides non penes hominem sed penes scriptuam est. Tantū ipse ponderet obsecramus quo in loco matrimonium Aegyptijs, q; Syris & Cananæis fuisse iā ante ostendimus, & facile statuet quod non tam pax Reipub. quam timor numinis apud eas gentes quæ ignorarunt Mosen adulteria in crimē uocarit. Cuius iste nullum facit respectum. Et tamen existimationem uiri grauis ac pijs sibi uideatur in hoc satis tutatus, quod adulterio notatas à contubernio Sacrificorum rejecit, ne sanctuli scilicet lenocinij arguantur. Et ne id temere statuisse uideatur, grauissimam subiicit causam, quia sic tranquillitati obturbarent & plebem offenderent. Quod adulteros à regno suo Christus abiicit, nihil apud istum habet momenti, & si in aditu causæ Domini Iesu amore se ad scribendum adductum magno supercilio attestatur.

Hactenus ostendimus Verbo Domini fundatum fuisse matrimonium, etiam sub lege naturæ, id est, seculis Mose superioribus, quo tempore nulla lex scripta exrabat. Quod autem in libris Mosi pro coniugio uerbum Domini liqui-

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

liquidum sit & in legibus tā Cæsareis quām
Pontificijs bonæ ordinationes comprehen-
dantur, neq; ipse Consultor diffitebitur, qui
Pentatheuon scripturæ, & leges ciuiles atq;
Canonicas sanctiones crebro uersare se dicit,
indeq; causæ suę præsidia comparare, qui mul-
tis antea testatus est, se à literis sacris esse alie-
num.

Omnes rerum uel mediocriter periti nobis-
cum haud dubie fatetur magistratui pro ma-
trimonio sancto & à Deo coniuncto eam cō-
suetudinem habendam esse, quæ iuxta uerbū
Dei aut certe pro tolerabilí aliqua hominum
ordinatione contracta est. Nam omnis ciuilis
ordinatio, siquidem rationem sequitur, diuina
est, quia ex potestate à Deo tradita ordinata
est, cuius partes sunt leges, statuta, et moribus
recepta, quibus qui in Magistratu sunt, Rem-
pub. administrat. Proinde politicis ordinatio-
nibus conscientia bona quibus fide bona Chri-
stianus non aliter utitur atq; reuelata Dei uo-
luntate. Quo sit, ut sub Cæsaris & Romani
Pontificis imperio multa sint sacrosancta cō-
iugia. Quia pij homines in contrahendo le-
ges & mores ut opus Dei secuti sunt. Sic suos
intra Sodomorum moenia Dominus nouit
conseruare. Et boni uitiosis sæpe ac sepius p'
miscentur, idémq; malis legibus bene parere
didicerunt. Quan-

Quanquam præclariores coniecluræ sunt,
Quod Deus nuptiarum auspex sit, quando ma-
trimonium est certo uerbo bonaç fide ince-
ptum & continuatum. Quod enim solido
ininititur fundamento, nō subsidet oppressum
pondere. Quare operæ precium fieret magni
fi ad prescriptū uerbi diuinī sup matrimonij
ordinationes instituerentur. Matrimonia di-
cuntur & sunt à Deo coniuncta, quæ ad uo-
luntatem eius coniuncta sunt, hoc autem in-
telligitur, aut ex oraculo scripturæ, aut ex Ma-
gistratus instituto, cum Verbo Domini affini-
tatem habente.

Verum enim uero ad Christi mysterium
non protinus coniugium pertinet, si id uerbo
ordinationēue diuinia ful citur. Sed si supra ter-
rena per uerbum illud uterç pro modo uoca-
tionis in Deum assurgunt, hoc est, si mulier pa-
ret ac ueneratur virum propter Dominum.
Maritus nomine Dei honeste & pie præst
uxori, atq; eā diligit ut carnem suam, & quem
admodum Ecclesiæ suæ Christus præst, &
ut caput diligit ac fouet, pro qua se obtulit us
Etiam, ut eam sibi sanctificaret. Sicut eani
quotidie sanctificat per lauacrum regenera-
tionis in Verbo, quo sibi ipsi adhibeat glori-
osam. Nam Christiani mariti dilectio erga u-
xorem hoc limite continetur, quatenus cum

X uxore

DE MISSA, MATRIMONIO ET

uxore alijs, ut in Christum ædificantur. queat
prodeesse, & ut sua non habens maculam nec
rugam à Christo inueniatur, id est, ex uitiosa
modis omnibus bonam & ex impia piam fa-
cere conatur.

Atqui Consilio satis est ad sacramentum
amor mutuus, qualis esse solet inter sacrifici-
cō & scortum, quia cōstanter se obseruant, &
sibi inuicem sunt oblectamento, Egregium
Sacramentum Christi & Ecclesiæ scilicet.
Non est sane in tali conuictu obedientia dei,
sine qua matrimonium pium non est. Igitur
turpe contubernium est, & non matrimoniu-
secundum uerbum Dei. Nam quæ obedientia
Dei esse poterit, ubi nullum uerbum Dei est.
Hoc enim ait. Quisq; suam uxorem habeat,
sed propterea potestas non datur quamlibet
ducendi ex animi libidine, sed eam tantum
quam Deus ipse dederit, iuxta leges & mores.
Non simplex consensus, sed consensus legit-
imus facit matrimonium et qui legibus est qua-
lificatus, ut loquitur Abb. sicutus in c. dilect-
us. de spon.

Nec est ut in hoc concubinatu vir caput mu-
lieris & uiri Christus esse dicatur, cum foedus
eorum in carne exorsum in eandem apertissi-
me desinat, & membrum Christi faciat mem-
brum scorti. i. Cor. vi. Noui homines ad noua
sacra mena

sacramenta significanda proprie pertainent, qui ad ædificationem in Deum, pro viribus eluctantur, Quaratione Adamo sua Eva copulata fuit, in adiutorium. In cæteris, id est, in impiorum coniugij plus fuci quam sinceri est. Filij Dei cum filijs hominum iugo valde dissipari sociantur, neque cum mundo Christus conuerit, quare sacramentum magnum in Christo & Ecclesia satis accommodatum non est, si nihil diuinæ intercedit communionis, sicut inter Christum & sibi sponsam Ecclesiam intercedit, qua cum ille unum corpus est, ut quam eodem Dei spiritu & ad eandem hereditatem capescendam gubernet.

QVID SIT CONCUBINA.

CAP. XXX;

CAESAREÆ leges non quamvis mulierem cuique viro permittunt, uerat enim aliquas illa notissima lex Iulia. Cuius generis alii in Pandectis de ritu nuptiarum & C. de incestis nuptijs, item C. de natural. liberis, & alii non paucæ extant. Cum prohibitis autem mulieribus aut stuprum aut incestus, omnium seculorum consensu committitur. Permissa autem legibus foemina, aut est uxor & materfa-

X ij milia's

DE MISSA MATRIMONIO ET

miliās, aut concubina & inferior. Si habetur
A. quæ in concub. de concubinis. Nam de in-
certo congressu liberi cū libera hic nihil agen-
dum, qui sub Euangelio in uniuersum uetus
est. Vxor seu materfamilia& est q̄tē iustis nup-
tijs cohæret. Nuptiæ autem sunt secundū Mo-
destinum, coniunctio maris & foeminæ, con-
sortium communis uitæ, diuini & humani iu-
ris communicatio. Coeunt ferè dotalibus in-
strumentis, interdum etiam solo affectu mari-
tali. C. de repudijs. I. iubemus. Sed concubina
ex sola animi destinatione æstimetur, ut ait
Paulus iure consul. Ea est quæ uiro coelib⁹ con-
fuescit sine dotalibus instrumentis, & si inge-
nua, non nisi cum contestatione, quod sit in
concubinatu, manifestum faciente. Concubi-
natus itaq; per leges nomē assumpsit, adeoq;
matris familiās honestatem habet. I. probrit
ff. deritu nupt. Hac existimatione & unicola
hereditatis debita multatur per leges, quæ in
concubinatu alijs uiro usuram corporis sui con-
cesserit.

Consultor noster hic uiderit quomodo per
suadeat uxores esse, quæ sunt Sacerdotum con-
cubinæ, cum nomen à legibus nō habeant, i-
mo in legis grauissima poena sint. Extra de co-
hab. cleri. c. sicut, & in nouellis aliquoties. Pre-
terea, neq; matrū familiās honestatem habeat
sed pro-

Materfami-
lia&

Concubina.

sed probrum gerant incestuosarum sempiter-
num, ut quæ Ecclesiæ Christi membrum à
corpo euulsum sibi vindicent. Reclamat &
euulgi opinio, quæ contemnenda non est, si ex
vero est. Verecundi enim animi est, consyde-
rare, quid in re populari multitudo iudicet ac
sentiat. Iam nihil fœminæ aliud facile neque
turpius neq; ignominiosus est, quam audire,
sacrificia aut monachi concubina. Quæ impu-
dentia igitur contra Deum & legem eius, atq;
hominum communem sensum tam turpem
tententiam uelle defendere?

In scripturis iusta uxor **אֲשֶׁר** dicitur,
& **אֲשֶׁר** quæ est uiri unius iuxta uolun-
tatem Dei adiutorium. Iusta auté uxor primū
אַרוֹסָה **מִקְוֹצָה** **אוֹ מִאוֹרָסָה** **אֵלֶּה**
id est sanctificata et sponsa, sic dicta tantisper
dum in edes mariti deducta non est. Qui cum
ea, præter maritum eius rem habet, in uxorem
proximi stuprum admittit secundum legem
Dei. Deinde ea quæ in mariti domum dedu-
cta est, uxor dicitur, cui nomen uxor, q[uod] ge-
nerale est, relinquitur, & absolute tribuitur.
Quæ secundum scripturam iursus diuiditur
in matrem familiæ, ut est quæ in totam rerum
communionem ascita est. Et in concubinam,
& est quæ matrimonium alicuius tenet, sed
non in ius libere matris familiæ assumpta est.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

atq; in seruili manet conditione. Sic David
Kimhi in radicibus פָלָגֵשׁ הִיא חֲמִירְתָּה לְאַרְם לְמַשְׁבָּבוֹ בְּלֹא בְּתִיבָּה וּבְלֹא
figuram Hæc igitur פָלָגֵשׁ uocatur, illa p
concupina est אֲשֶׁר רַגְבָּרָה dicitur. Nam omnis
omnis uxor, quæ eadem uoce אֲשֶׁר nomina
tur, concubina est. Sara enī tantum uxor erat.
Hagar autem uxor pariter & concubina.

Concubina= Quod utraq; legitima sit planum faciam
tus lege Dei scripturis. Sara uxor Abrahæ accepit Hagar
permissus est Aegyptiam ancillam suam, peracto anno de-
cimo postquam Abraham terram Canaan cœ
pisset inhabitare, et dedit illam illi in uxorem.
Deinde cap. xxv. adiecit Abraham et accepit
uxorem cui nomen Ketura. Duę igitur poste-
riores sunt ambæ uxores. Rursus ambæ concu-
binę dicuntur, nam legitur; Et Abraham, quę
habebat omnia, dedit Isaaco filio & filios con-
cubinarū donatos, ab Isaaco abmandauit, ad
huc in uita sup̄stes. Itaq; Keturę et Hagar filij
concubinarum filij sunt, qui muneribus non
portionē hæreditatis iusta afficiuntur, liberi
ac filij matris familiā sín solidam hæreditatem
confirmantur. Sic est repetitum in, i. Par. i. filij
Keturæ concubinæ Abrahāi sunt Zimram
etc. Rursus Rachel dixit: Ecce ancilla mea Bil
ha, in

ha. ingredere ad eam, & ædificer ex ea, deditq; ei Bilham ancillam in uxorem, Gen. xxx. Hoc loci Bilha uxor est Iacobi. Quæ rursus capit. xxxvi concubina nominatur. Ruben abiit & dormiuit cum Bilha concubina patris sui.

Expendatur huc exemplum ex lib. Iudicij cap. xix. de concubina quæ in Gibea perijt, de qua cum ad patrem discessisset, sic scriptum est. Et maritus eius surrexit & subsecutus est eam, et generum suum pater amplexus est, scriputa autem nunsquam נָשָׁן uirum mulieris, neq; נָשָׁן mulierem uiri, neque adeo פָּלָגְשׁוֹ concubinam uiri nominat nisi constitutis sponsalibus aut matrimonio contrario, & si concubina ea sponsalia secundum iura Hebæorum non habeat, quæ קִיּוֹשׁוֹ nominantur. Nam cum concubinis sponsalia dicuntur, יְרֵחוֹת id est, coniunctio, & in unum coagmentatio, uidelicet in unam carnem haud dubie ex actione præcedente ac certa ceremonia. Quod quidem definitio concubine quam ponit Kimhi satis arguit, Neq; ramen liberā coniugem honore adæquabat, sed illi ceu serua parebat.

Itaq; נָשָׁן id est, matrimonij ius apud priscos Hebræos, iuxta scripturam cum concubina esse affirmatur. Quos nos imitati, ut certius ac distinctius loqueremur נָשָׁן uxori

Quomodo
concubina=
tus secundū
scripturam
contrahitur.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tem aut legitimam uxorem nominamus, & interea appellatio generis legitimarum coniugum est, & non tantum speciei, hoc est, matrimonialis. Nam sextus muliebris sine coniugii respectu קְטָנוֹתָה propriè dicitur. Cuis nomina etiam ætate mutantur. Ut קְטָנוֹת intra duodecimum annum, וּבְגַדְתָּה que nubilis quæ sponsa & אִשָּׁה quæ uxor est, & si hoc nominis etiam sponsæ tribuatur. Inde אִשָּׁה uxor eius, id est, mater familias eius. Nam si relativum masculini generis appellationi mulieris adiungitur plurimæ ingenua uxor est, & שָׁנָה uir eius quod complexum, quia est cum He affixo femino mulieris liberæ ferè maritus est, nisi tum cum de seruis aperte agitur. Quod si qui contubernium, sine tractatu matrimonij per libidinem instituunt, etiā si מִקְרָחָה tunc uicibus accipiatur & mulier his tribus nominibus בְּעֶלְוָה זָה וּקְרָשָׁה dicit, id est quæ virum passa & scortum est, & si primum uocabulum generale, & eius quoq; sit quæ maritū passa est. & alterum interim tabernariam mulierem, & si quæstū corpore non fecerit. Terrium uero eam quæ publicæ libidini consecrata est, propriè significat. Dicitur aliqua quidem מִמְּתָה quæ blandicijs decepta est. Vir au-

tem qui eam fecellit **תְּבִשֵּׁת** Aliqua autem
תְּרִסְמָה cui per uim uitium oblatum. Nun-
 quam autem, ne **כַּפְרָה** uxor neque concubina ta-
 les mulieres, quae lege ueritatem sunt, vocantur.

Redeamus iam ad concubinam Leuitæ. Is-
 est gener & maritus dictus, quæ uoces in om-
 ni lingua honestæ sunt & propriæ affinitatis ei-
 us, quæ ex legitimo ac puro amore contracta
 est. Nam quis fullo, quis ueteramentarius ho-
 nestæ prædictus mente nobilem virum cum filia
 sua, citra affectum matrimonij consuecentē,
 generi appellatione dignaretur, & eius spurce
 affinitatis non puderet. Nec, adeo talis impu-
 tus gener esset, sed amator, si pro publico ho-
 minum consensu loquendum est, quæ uox si-
 cut amicæ uocabulum foeditatem quandam
 implicat. Quod si quis in tale facinus con-
 tiret, notam lenocinij per leges Cæsareas con-
 traheret, tantum abest, ut esse legitima affini-
 ta censeatur.

Ex quo liquet quod vir Bethlemita pater
 puellæ concubinæ, si putasset stuprum in fili-
 am suam admisisse Leuitam, eum non dubie
 asperis dictis accepisset, imo in ius uocasset
 per legem Deu. xxij. quem nunc ut dilectum
 generum cum gaudio amplectitur, ut uideas
 honestam per concubinatum affinitatem insti-
 tutam fuisse. Ergo & coniugium inter eos fu-

DE MISSA, MATRIMONIO ET

isse et publicam tractationem necesse est, post
quam nullum contubernium, nisi cum sua uxore lege Deuteronomij viro permittebatur,
id est, cum ea tantum, quae legitimo tractatu
facta est uxor. Reliquas consuetudines omnes
turpitudine notat lex, & uera stupra sunt.

Hic Leuita, ut homo rectus ac simplex, puram concubinam assumpsit conscientia ac
uoluntate patris accedente, quemadmodum
de uxore lex postulat. Nam ille cum irata esset
filia generum agnouit, quo tempore, si quid in
tercessisset doli, non dubie sacer id rescuiisset,
grauiterque exprobrasset, sed generum nominat
amica appellatione, & scriptura, ut dilectus
Deo prædicatur, cuius contumeliam tanto ri-
gore ulciscitur, populus oraculo instigatus.
Ec quomodo eum si per dolum contra legem
liberæ stuprum attulisset, tanquam iustum di-
uina iusticia respexisset. Virum duplitem o-
dit Dominus. Nec uerisimile est quod totus Is-
rael, ad uim quæ in secundam mulierculam ad-
missa uindicandam tanto impetu exurrexis-
set, neque summa constantia perseverasset, ac-
cepta propter eam cladem tam funesta, nam duo
bus prælijs uicti, & multis millibus cæsis in fu-
gam coniecti sunt. Neque adeo Deus oraculis fa-
cinora indigna diserte approbat, qui ad au-
thores

thores turpitudinis plectendos Israelem euocando ac dirigendo, concubinatum eius palam approbavit.

Adstipulatur nobis ueteres Hebrei qui idem quod nos de cōcubinis censuerunt. Nam dicunt in libro cui titulus Bresith Raba, Achitophelum authorē & instigatorē גָּלוּר עֲרוֹזָה id est, ad incestū commitrendū fuisse Absoloni. Dederat n. consilium ut Dauidis concubinis palam stuprum offerret, sicut factum esse legitur iij. Samuelis xvi. Quod si Dauidi non fuissent sanctificatae ac desponsae more legitimo, non habuissent id flagitiū pro incestu. Nā incestus in incerto concubitu ueterum consenserunt non admittitur, excepto primo gradu. Ergo sentiunt haud obscurae cognationis & affinitatis eandem fuisse rationem in concubinis, quae in uxoribus ac matribus familiais.

Ex quo concubinæ dictæ sunt זְשִׁיר id est, uxores, & si uox נְשָׁנָה uxor absolute pro matre familiais iustaque uxore usurpet. Interdū tamen etiam cōcubina uenit ea appellatione, ut locis supra citatis uidere est, interdum uxor cōcubina speciem generi subiectiendo coniunctim dicitur. Et ecce uxor eius concubina eius ante fores mortua iacuit. Iu. xix.

Quæ

R. Mosi Meiri
moni in tra-
cta. Isure bia-
ca. 2.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
QVAE SIT DIFFERENTIA
inter uxorem & concubinam.

CAP. XXXI.

Hic est consyderandum quo discrimine
materfamilias & concubina disting-
uerentur, siquidem utraq; tam Deo quam ho-
minibus legitima haberetur uxor, prout olim
sunt habitæ atq; distinctæ. Id autem uidere
non ita in promptu est persuisas concubinam
proprie uxorem dictam esse: quod tamen li-
quidum fecisse uidemur hoc potissimum argu-
mento. Quia concubinam scriptura non ue-
tat, sed approbat, quæ tamen uiro solius uxo-
ris consuetudinem permittit. Iam quia uxor
non nisi nuptialibus ceremonijs facta est sub
lege, igitur per pactionem quandam nuptia-
lem concubina quoq; in ius mariti concessit.
Nam lex dicit: Si uir acceperit uxorem. Quæ
conditio supponit eam esse accipiendam, ut si
at uxor. Accipere autem uxorem iuxta senten-
tiam priscorum est sibi mulierem consecrare.
mancipareq; peculiariter coram Deo, præsen-
te eius Ecclesia iuxta ritum et ordinem à Deo
traditum. Adeoq; nihil est aliud quam palam
pro consuetudine legitima aliquam aut de-
sponsare aut ducere: matrimonium enim est
Accipere u=
xorem quid
sit.
politicus

politicus tractatus. Politicas autem actiones inter pios quis bonas dixerit, quæ tales esse non uidentur Ecclesiæ Dei, nam tum quæ bona non uidentur offendunt bonos, quos nulla res quæ esse bona cognoscitur, perinde lœdit. At qui non possunt uideri bona esse, quæ uerbo Domini non congruunt, quod ceu diuinæ uoluntatis indicium sequitur mens pia, qæ sequitur spiritū dei ipsam agentē: Imo quæ legibus & moribus deo cōprobatis aduersantur, non possunt ad obedientiā fidei cōpositis mētibus nō esse abominationi. Ergo in cōspe ceu dei matrimonii esse, credendū nō est, qđ in oculis Ecclesiæ non uidetur, quæ credit suum iudicium Dei esse, quod ex mente Christi iuxta legem Dei & mores piorum, reuelata derebus externis omnibus facit. Nam quid potest esse iustum, quod bene ordinatae Ecclesiæ Dei, id est, columnæ ueritatis, statuenti iuxta prouidentiæ præiudicium esse iniquum uidetur. Secus est si doctrinæ Demoniorum obtinuerint publice, ut his postremis temporibus obtinuerunt, ubi bona multa sunt etiam in publicis actionibus, quæ non ita uidentur obscurata tenebris Antichristi. At nos de Ecclesia tuæ ditionis loquimur, quæ libertate uerbi & Sacramentorum legitimo usu gaudet transgressionē legum publicarum honestę bonaq;

DE MISSA, MATRIMONIO ET

bonæq; mentes uoluntatem honesti non con-
tegunt, sed eam, ut alij Patrem cœlestem inde
prædicent, magis ostentant pia ambitione:
Nec assimulant turpitudinem, sed ut in die ho-
neste decenterq; ambulant. Amant uerita-
tem summeq; manus & os cum corde piorum
consentiantur. Proinde qui uxores accipient, ut
iudex administrator legis ac Dei uicarius præ-
cipit accipiendas & ducendas esse accipiunt:
Cum itaque scriptura nullum clandestinum
matrimonium nouit, & rebus omnibus pro-
ædificatione Ecclesiæ utendum docet, contu-
bernum cum muliere & pro ceremonijs mori-
busq; receptis palam instituit. Quare si con-
cubina legitima est, ut erat legali populo, ne-
cessere est ut ea accipiatur ac desponsetur, quod
mulieris usus alia ratione ex lege Dei nemini
permittatur.

Verum non erat par ratio desponsandæ cō-
cubinæ atq; uxoris per legem. Illa particeps
רַבָּשׁ וְ שִׁמְמָה et literis connubialib. siebat. Hęc
רְחוֹב & sine dote ac literis. Sed quid ante
legē discriminis nō satis explicarunt Talmu-
dici. Nam fertur hac formula in matrimonij
contrahendis usos fuisse priscos, qui datam le-
gem antecesserunt, ut quisq; quamlibet pro li-
bidine mulierem abductam domum in matri-
monio haberet, testatus prius, ea opera illam
sibi

sibi uxorem fore, quæ sanctificandæ mancipia
 dæq; uxoris summa ratio & sola tumerat. Et
 si Moses Neemanus existimat dote ac dona-
 tione propter nuptias qua literis proditis con-
 firmarant, matrimonium cum libera semper
 suisse initum. Interea tamen quæstio relinqui-
 tur inexplicata, quo nam ritu publice concu-
 bina ante legem fiebat? Videntur Hebræ pri-
 sci ferè sentire, sine literis dotalibus duntaxat
 maritali consuetudine אֶת־חַזְרָה ל' eam co-
 pulatam adiunctamq; suisse marito, & si inte-
 rim literæ fortassis sponsales datæ fuerunt, qd
 qdem nos haud temere affirmauerimus, uerū
 enim uero, an tum uulgo concubinæ, & si fue-
 rint quo animo acceptæ, nobis nō satis liquet:
 ante legem igitur potest fieri, ut uerisimiliter
 hac ratione sit concubinatus institutus, ut mu-
 lierem abduceret, domum, hac testificatione
 ut eam non uxorem matrem familias, sed con-
 cubinam haberet. Quanquam in electis ho-
 minibus, ut Ahrahamo & Iacobo scriptura
 formulam hanc habet, ut uoluntate & autho-
 ritate uxorum tales in viri potestatem ueni-
 tent. Illud constat, nō temere neq; clanculum
 neq; adeo contra honestatem illorum seculo-
 rum, inter se coiisse, concubinam & virum, qa
 recti aliquis sensus atq; honestatis cura in
 precipuis hominum commercijs nunquam
 non

DE MISSA. MATRIMONIO ET

non aparuit. Ex quo diuina iusticia in punien-
dis malis splendidior & commendatior habe-
batur, cuius declarandæ causa omnis huius
mundi & harum rerum omnium machina ex-
istit.

Postea in legeres magis perspicua uidetur.
Nam ut summo consensu memoria veterum
habet, vir uxorem tribus uerbis accipiebat,
Primum argento vel minutissimo dato quod
תְּרוֹתָה uocabant: deinde **בְּשִׁלְמָה** id est, p
literas concubinales, quæ uolente & sciente
ea scriptæ essent: Præterea congressu maritali
cum testificatione ea opera illâ sibi in uxorem
consecrandam. Sicuti pecuniolam quoq; & li-
teras conscientia testium dabant his aut simili-
bus uerbis solemibus. Tu mihi iam despon-
fata: vel, tu mihi iam uxor eris. Attamen necel-
se erat tractatum matrimoniale intercessis
per parentes, siquidem filius aut filia famili-
æ in coniugium ueniebat.

An concubi-
næ despón-
santur.

Itaq; concubina habuit quasi **קִרְשָׁוֵת**
id est, honestam desponsationem, que quidem
satis esse iuxta legem Domini credita est, &
si non omnino eius generis, ut uera uxor ma-
terque familias habuit. Forsan ea non di-
cta est **קִרְשָׁוֵת** sed **בְּרִיתָה** **תְּבוּנָה**. Ne quis
uulgatam apud Hebreos concubinæ defi-
nitionem opposit. Etenim de ea re diuer-
sæ ac

ſæ ac distractæ ſententiæ ueterum ſunt. Nam
Rabi Meir concubinæ קְרוּשִׁי literas de-
ſponsales iuftas admitit. Iuda ſodalis eius in
Talmud Hierosolomitano concedit, ſed ta-
men eas quæ literarum matrifamilias con-
gruentē ualorem minime adæquent. Suum ta-
nem uolum hunc habeant, ne maritus concu-
binam tractet contumeliosius, neq; eam teme-
re abijciat. Quod ſi conueniſſent fine tracta-
tu matrimoniali, certum eſt, non minus turpe
fuſſet contubernium, atq; cum ſua nunc eſt
ſacrifico. Nam ſcripturæ priuatae in publicis
actionibus nullius momenti ſunt, ſed ſolen-
tia illæ ſolæ ſunt & fuerunt ſemper efficacissi-
mæ, honestatique conſeruandæ maxime ac-
commodè.

Quod autem in Senhederin aiunt concubi-
nam eſſe בְּלֹא קְרוּשִׁי id eſt, ſine literis de-
ſponsalibus illud dictis non repugnat. Quo-
tiā ſponsalia & literæ connubiales pares
concubiniſ, cum matrumfamilias literis non
ſunt. Nam בָּתוּבָה id eſt ſponsales literæ,
propemodum in dotem / continere intelli-
guntur. cc. ſiclos, ſi quis uirginem &c. Quæ
particula in concubiniſ deſpondendis hori
additur, cæteris tamen conditionibus probe
obſeruatis. Ideo earū deſponsatio תְּהִרְוָרָה
& non תְּקִירָה ut udetur dici poterit.

¶ His

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Benedictio sa- His putamus esse responsum, ei quod ait,
cerdotis ad benedictionem sacerdotis publicam, non con-
coniugia uti stituere matrimonium, sed illud absolui af-
lis. ceu coniugali. Nam quod non solum uolunta-
te et animo ad coniugium, sed etiam consensu
legum receptarum, eorum quorum interest ap-
probatione, conscientia Ecclesiæ, legitimisq;
ceremonijs opus sit, abunde docuisse uidemur.
Nam quoniam opus Dei est, qui omnia facit
ad utilitatem Ecclesiæ, necesse est ut cum deo-
animus consentiat & politica id contrahendat
cum conuersatio quæ corporum est, per exter-
nas circumstantias cum sensu Ecclesiæ bene-
institutæ congruat. Nam quomodo facheret ad
utilitatem omnium, sicut publica commercia
publice pijs prodelle omnia debet, si speciem
turpidinitis legibus damnatae bonum in se-
matrimonium preferret, cōtubernium legi-
bus & moribus improbatum.

Quod si Consilium affectum coniugalem
dixerit, nihil esse quam solutam effrenemque
concupiscentiam, quali cum sacrificulo scor-
tilum copulatur & continetur (sic dicere ui-
detur) ei nos hoc recta opposuerimus, quod
non cupiditate & copula carnis, sed desponsa-
tione integreretur matrimonium. postquam in
parentibus Christi omne bonum nuptiarum
implatum est, ut Augustinus in hoc scripturæ
& re-

Et rerum consuetudini consentiens, alicubi affirmat, deinde quis negauerit uerum fuisse matrimonium Adæ cum Eua sua, cum diceret, hac uice os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Alioqui ex spiritu loquens affirmasset esse quod non erat. Nec Christus apte in exemplum adhibuisset primum matrimoniorum, si id nondum fuisse illo ipso temporis articulo matrimonium. Preterea lex ait: Si puellam uirginem desponsatam uiro alius intra urbem deprehensam uitauerit, ambo lapidibus adobuantur, ex eo quod uxorem proximi sui oppresserit &c. Deu. xxij. Quia in lege puella uirgo desponsa, quæ ad uiri domum pro ritu nuptiarum nondum uenit, uxor dicitur. Sic uirgo Maria mater Christi Domini ac Dei nostri Iosepho uera & perfecta uxor fuit, & si utrum, non cognouit, adeoq; cū ea ille una caro fuit, quæ particula matrimonium primum definit. Id ecclesiastici quoq; patres uerum esse agnouerunt, maxime Gregorius Nazanzenus in carmine de Christi natalicio, & ueteres Canonones. Itaq; nihil ad nos quod Benedictus Papa homo crassus, & à scripturis & à vetere historia alienus, uirum & uxorem unam carnem esse non posse pronunciat, nisi per copulam carnalem, quamquam ei alicubi fortassis Augustinus consentiat, qui more patrum causa

Y ij aliqua

DE MISSA, MATRIONIO, ET

aliquando nō satis consyderate sententias patrum firmas dixit, quas admonitus non dubie retractaturus fuisset. Quēadmodum sanctos omnes interdū à uero elapsos uidemus. Sunt enim homines, et nihil humani ab eis alienum est. Ex quo fit ut in explicandis scripturis & dogmatibus secundarijs ipsi sibi interim pugnēt in spiritu & fide Christi cum electis omnibus concordissimi. Sed quid admoniti sine dubio iudicaturi fuissent, facile intelligit, qui pro eorum regula omnia cum uero sensu scripturarum contulerit. In quem si quid ex proposito tractabant, fere mentis aciem intendebant, certe intendendam esse omnes uoluerūt. Quare dicta patrum meditata & expensa oculis scripturæ ac reuelatae hoc tempore ueritati Christi ualde sunt affinia, quia scripturæ sensui plerūq; inhæserunt. Proinde ij qui ad scripturam animum intendentes quoniam eā ipsi suis decretis præferunt, eorum scripta quādam ueneratione uersant, & satis habent reue renter. Cuius moderationis nos decreta quoque pontifícia non uno in loco commoniefa ciunt.

Pleroscq; à uero hoc loco abducit, quod leges & mores Ethnicorum de matrimonio in populo Dei obtinuisse existimant, quibus sponsatio & matrimonium, sicut inchoatum & per-

& perfectum & tanquam principium & finis creduntur discerni. Nam uulgo est desponsatio aditus ad matrimonium, copula autem, ut uocant, carnalis est eius consumatio. Ita illorum sententia diua uirgo nondum in matrimonio constituta concepisset, neq; Christus esse de domo Dauid per Matthēum & Lucā declaratus fuisset. Quam tamen rationem, quis Ethnicam episcoporū quoq; tribunalia etiamnum seruant. At longe nunc ueritas illius, neq; licet ut de religione consulturus ista extranea à sacris uulgiq; errores si meliora nouerit intueatur, sed necesse est si frugi esse uolet regulam sequatur scripturarum diuinarum, quae semper certissima est, colligatq; id ex prophaniis legibus, quod oraculis Dei cōuenit, non quod discrepat. Quibus hic noster de industria refragatur. Nam quod leges Cæsareæ tanquam adulterium plectunt C. de adulterijs l. propter: id moribus sub lege Dei agentium pulchre ad stipulatur. Quocirca iuris ciuilis prudentia non solum usum amoris mutui, sed mutuam obligationem in iure matrimonij habet, desponsæ enim iniuriam pro adulterio dicit, quod genus flagitiū non nisi in uxorem alterius committitur. Sponsa igitur legibus quoq; uxor est, quoniam eius stuprum est adulterium.

Y. iii Quid

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
QVID INTER INGENVVM CON
cubinatum, & matrisfamiliās matrimonia
um, atq; utriusq; liberis intersit, &
matrimonium non esse diss
mulandum.

CAP. XXXII.

Reuertamur ad explicandam differen
tiam concubinæ & matrisfamiliās. Pri
mo hoc distant, quod materfamiliās est inge
nua, siquidē viri ingenui est, aut certe liberta
Nam serui in lege uxores & non concubinas
habebant. Concubina autem aut seruā erat,
aut ingenua, sed quæ obscuro loco viri natali
bus collata esset, ut in Leuitæ concubina vide
re est. Nam eius pater non seruū, sed paterfa
miliās ipse fuit, Eadem ratio obtinuit apud
Ethnicos. Quemadmodum Martianus Iure
consultus ait: Si quis enim honestæ uitæ & in
genuam mulierem in concubinatu habere ma
luerit sine contestatione hoc manifestum faci
ente non conceditur. Sic in legali populo non
nisi tractatu antecedente, & ut supra docui
mus literis interim de conditione mulieris at
testantibus concubinatus quoque constitue
batur.

Secundo igitur hoc intererat. Quod inge
nua

nua et materfamilias cum constituta dote, cō
cubina sine dote in ius mariti apud Hebræos
ueniebat, unde & Paulus Iureconsultus, non
multum abludens à moribus populi Dei, con
cubinam ex sola animi destinatione æstimat.
Et Aureliañ. concilium ait, concubina intelli
gitur quæ cessantibus legalibus instrumentis
unita est & coniugali affectu accitur, hanc cō
iugem facit affectus, sed lex concubinam no
minat.

Tertio. Concubina tantum ad commu
nionem thori & in seruile obsequium. Mater
familias autem in omnium rerum communio
nem assumpta est. Quæ ratio existimationis
ad utriusq; liberos contrahenda est, ut ex di
ctis liquet. Ex quo nomen concubinæ latinis
natum est. Itaq; concubina non liberorum gi
gnendorum causa ferè assumpta est. Quan
quam ante legem matresfamilias ex ancillis,
maritorum concubinis liberos suscepisse li
quet. Quod si forte peperisset ancilla concubi
na, filius non screbat nomen paternum.

Sed Iacobo patriarchæ ex ancillis concubí
nis qui Israelitæ dicti, & qui legitime succede
rent nati sunt. Nam iussu & nomine liberarū
pepererant uiro. Et quamuis Sara uoluit ex
Hagar ancilla exædificari, nato tamen Isaac
Propter hoc uerbum Domini: In Isaac uocabi

Y iiiij tur

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tur tibi semen. Ismael qui ex ancilla concubina non in semen reputatus est, quod quidem facit ad mysteria fidei nostræ. Gal. iiiij. Sed & in hæredes adoptati, nihilominus adhuc erat conditionis peioris. Quod ex benedictionibus & maledictionibus in montibus Ebal & Garizim dictis ueteres collegerunt, nam per tribus ex liberis matribus oriundas, benedictiones: sed per tribus ex ancillarum liberis inchoatas, fiebant maledictiones. Ita iussit ex oraculo Dei Moses Deuteronomij xxvij.

Scripturis legitimi utriusque erant, sed legibus humanis ex matribus familia's liberi, ex concubinis autem filij naturales habebantur. Sed & concubinarum liberi in lege quoque Dei hereditatem non adibant. Sic legitur: Isaac erit heres tuus, qui quidem hereditatem solidam occupauit, filii concubinarum cum donatione ab mandatis. Adeoque in Cæsarum legibus si legitimi supersunt naturalibus liberis & ipsi pariter matri una duntaxat uncia permittitur. Quod si concubina defuncto viro sine liberis est, ei tantum semiuncia debetur. C. de natural. lib. I. Matre. Quod si necque mater familiæ neque liberi legitimi supersint, naturalibus conceduntur unciae sex. I. humanitatis. eo tit. Sed subsequens matrimonium ex naturalibus legi

Filiij concubini
parum legitimi

III.

legitimos facit, siquidem ingenua fuerit.

Quare planissimum est concubinas legibus humanis ac diuinis approbatas, eiusdem generis non esse cum his quæ utriscq; legibus repugnantibus, læsaq; existimauone temere sacerdotum & inconstanter ad sacrificorum contubernia non legitime subrepunt. Defendit enim scriptura & leges si sed impure. militer ceu portionem iustum Ecclesiæ & Rei publicæ concubinas illas: sed has posteriores ut infames & ignominiosas execratur ac damnat publicus quoq; hominum consensus, neminem legum ac diuinæ scripturæ authoritas. Nam ut ad nostratia respiciam, quam pertinaci clade concubinæ illius Leuitæ iniuria in Gabea iussu Domini vindicata est: Qua nota affectus est Ruben patriarcha propter incestū in Bilham concubinam patris admisum. Quanto seculorum omnium odio Absalom abominabilis est, eo quod ausus fuerat concubinas regias ac paternas incesto flagitio pavidi omnibus polluere. Necq; Canones Ecclesiæ & patrum pietas impune esse uoluit eum qui concubinæ, quæ loco uxoris, stuprum obtulerit. Quare pro Consultore non est quod citat ex Aureliano & Toletano concilio, nam illis temporibus concubinæ adhuc erant eius modi, quas nos hactenus ex lege diuina legitimi fuit. mas uxores, & ex iuribus humanis loco uxori

Y v rum

Concubinatus in Ecclesia Christi

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

rum in legitimo agere cōtubernio docuimus.
Liberum enim per ecclesiam quoq; tum erat.
ut quis loco uxoris concubinā sibi adiūgeret.

Quare concubina quæ per Ecclesiam per-
mittitur, uere est uxor, quoniam uxoris defini-
tio ei quadrat. Sunt enim duo in carne una. Nā
uero ea dicitur **הַמִּרְוָחָה** id est, addicta pe-
culiariter, & in unum ueluti corpus cum eo
conflata, & si interdum non propter liberos
procreādos accita erat in domum, sed tantum
propter scortationem uitandam, & causa com-
moditatis & operæ dōmesticæ assumpta.

Quid ista ad concubinam sacrifici, cui defi-
nitio uxoris & conditiones legitimæ concu-
binæ ex diametro pugnant. Nam quæ uere u-
xor, ea est uiri adiutorium, iuxta cognitā Dei
uoluntatem. Sed scortum Sacrifici est eius pro-
brum contra Deum, contra uerbum apertum,
contra leges scriptas, contra probitatis sensū
& utriusq; conscientiā. Nisi fortassis ludus eis
est, quicquid negotij cum Deo geritur. Nam
concubinarij de fœdo inter ipsos commercios
in aurem alij sacerdoti confitentur, cum solem-
niem Missam obituri sunt, in hoc sane, ut sen-
tinam cordis ea ceremonia exhaustant. ani-
tumq; purum reddant, ac interea eodem pun-
lum impuræ putidæq; à sacris statim recurre-
re meo

IVRE MAGIST. IN RELIG. 170

te meditatur. Quæ ista uero tanta cæcitas
clarissime princeps, uel potius tam nefaria im-
piacq; impudentia? Cum concubina ueterem ma-
trimonium erat notum Ecclesiæ, hic notissi-
mum stuprum est, quoniam contra leges pub-
licas. At Consultor ipse in hanc sententiam de
sacerdotali concubinatu. Neuter, inquit, alteri
Quicquā promisit, sed incogitātes sine pactio-
ne nulla conuenerunt. Noua sanè sapientia uiri
grauissimi qui temere congregiuntur, necdū
explorato animo utriusq;, coram Deo indis-
soluble matrimonium conficiunt. Quid hac
sententia absurdius.

Matrimonium summū foedus est, q̄ duo in
carnem unam coniunguntur, iuxta scripturā.
Ex quo difficile iugum & plane scrutus diuo
Apostolo nominatur. Sed libidine percitos in
seipso temere sine lege & sine legum publica-
rum respectu irruere tanto Consultori est fa-
crosanctum matrimonium, quod sine Dei con-
tumelia separari nequeat. Quid posthac erit
uaga scortatio, si sacrifici cum amica ista effre-
nis impudicaq; spurcia titulo iusti matrimo-
nij condecorabitur? Impurus aliquis nauta
meritoriam & propè exoletam mulierem ad
ludibrium libidinis suæ frustra sæpenumero
captat. & eodem facinore scortatoris notam
subit. Sed honesti matrimonij titulum prome-
retur

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

retur sacrificus, osor iste castitatis coniugalis,
propterea q̄ cōlibatum professus ex optimis
formis p̄cipuam sine p̄actione & suapte sp̄o
te addictam sibi, paratam, expromptamq; do
mi habet, qua cupide ac tuto abutatur, rarum
igitur commercium cum foemina si sine legi
bus prohibita scortatio est, sed perpetua con
tra leges & scripturam Dei consuetudo cum
festiuore puella, pudiciciam professi, est hone
stum coniugium scilicet. Quasi coniugium
maiore & liberiore uoluptate constituatur,
& scortatio fastidio ac tādio.

Consydera quēsumus, ut ī proposito ex
emplo hāreamus, an non de impudicicia po
tius culpandus ueniat Sacrificus, uterq; pro li
bidine sine Deo & contra Verbum Domini,
& aduersus leges per concupiscentiam fertur.
Sed ille natura crassior minus experendam, ac
forte morbidam aliquam oblata mercedula
ambit. Hic autem professione spiritualis &
mente subtilior habitus ē multis elegantissi
mam uenerem amoribus appositissimam, au
damq; sui in sinu fouet, accedit quod ille pri
uatus & sine existimatione sibi demum pec
cat. Hic autem quoniam publica autoritate
minister dei & testis de resurrectiōe Iesu Chri
est, malo totius Ecclesiæ peccat, quam perpe
tuo turpitudinis exemplo grauissime lādit.

Summa

Summa dictorum est. Quoniam Veteres
 Hebræi ex Deut. xxij. nemini mulierem nisi
 ex more publico desponsatam & legitime u-
 xorem permiserunt, non decet, ut Christiani
 omissa pharisaica iusticia, leuitatē plus quam
 Ethnicam amplectantur. Quin studendum
 eis esse debet, ut pro præcepto Christi abun-
 dent iusticia plusquam Scribæ & Pharisæi, et
 cōiugia sanctius illis colant: Deinde oportet,
 ut principes Christiani, politiam tueantur ho-
 nestiorem, uerboq; Domini plus eam confor-
 ment, quam Iudæorum supercilium potuerit:
 Nam ad gloriam Dei acti spiritu moderan-
 tur Rempubli. qui uere sunt principes inter
 Christianos. Ergo & matrimonialis tracta-
 tus ex quo honesta uita in Rempub. est in ti-
 more Domini per utriusq; partis propinquos
 deliberandus, instituendus, & absoluendus,
 nuptiæq; publica ceremonia & præsente Ec-
 clesia Dei contestandæ, & à ministro Eccle-
 siæ benedicendæ sunt, quo sit honorabile con-
 iugium inter omnes, & cubile impollutum, &
 quo sumat ex Deo auspicium, quod à Deo so-
 lo contingit. Nam bona uxor à Domino est.
 Hæc legali populo ratio coniugiorum fuit.
 Quam & Ecclesia Christi in concilio Char-
 aginensi & Arelatensi recepit.

Quamobrē honesta conteneret q; est in ob-
 sequi

DE MISSA MATRIMONIO ET

*Libertas no-
stra pollicit
legibus paret*

sequium fidei uocatus? Nam à constitutionibus quidem omnibus, quatenus aut conscientiam obligant, aut pro cultu habentur libertati sumus, nolumus tamen omnia sursum deorsum miscere, & ornamenta ciuilis uitæ prorsus tollere, sed post ueram fidei doctrinam, quæ honesta sunt, & quæ sine contumelia dei publice comprobantur, omnia studiose amplectimur. Adeoq; de Conciliorum decretis & Pontificijs iuribus nobis obseruandum censemus, id quod est uel scripturæ uel rationi rectæ, uel publico probitatis consensui conforme, quia Christianæ mentis candor abhorret à barbarie. Quamobrem ea quæ de matrimonij, ut ad hanc causam attinent, quotiam Deo, naturæ, & communی hominum abprobationi quadrant, ut uidemur abunde collegisse, diligenter obseruamus, & omnibus obseruanda esse nunquam non docemus.

Quare nihil dicendum est esse coram Deo iustum matrimonium, quod Ecclesia dei sic esse non agnoscit, multominus quod pro iusto nequit agnoscere, sed unde clancularia ista contubernia quæ contemptis legibus sola carnis cupiditate conflantur, iusta esse Ecclesia statueret. Cui est ex reuelata Dei uoluntate & iuxta scripturam, & loquendum & sentient dum quis iudicauerit iustum esse quod uerbo Domini

Domini, quod diuinæ ordinationi, quod omnium seculorum moribus & naturali probitati repugnat, sicut prorsus per omnia repugnat concubinatus sacrificiorum? Quem quidem ex legali concubinatu frustra colorauerit Consilium, qui ordine animoq; certo ac delibera-
to, & non ex temeritate instituebatur. Et in concubinatu perinde atq; in matrimonij con-
trahendis puellæ & propinquorum mores cō-
siderabantur. Quod Passim scripture argu-
it. Nam Gen. xi. Nomē uxoris Nachor est Mil-
cha quæ filia est Haran patris Milcha & Isca,
Alioqui generis mentionem fieri quorsum eo
loci attinuerit. Contendit enim Consilium
sacrificis esse cum suis amicis matrimonium.
Posthac autem de concubinatu latius dis-
census.

HONESTAS MATRIMONII EX
uero Domini est, Epicurei contemnunt,
quid quisq; domi uiuat inquiren-
dum Magistratui.

CAP. XXXIII.

ITaq; uidemur fecisse liquidū satis q; ante Deum & iuxta præscriptam diuinitus or-
dinationem, nullum unquam coniugium iu- An matrimo-
niū sit quod
stum occultum,

DE MISSA. MÁTRIMONIO ET

stum fuerit, quod hominibus & Ecclesiæ del
sic esse non sit uisum. Nam si Hoseas propheta
ta non in uisione sed palam omnibus scortuni
ut iussus erat duxisset, & id oraculi exposuit
set approbatætq; Ecclesiæ, ut exposuit & ap
probauit: tale commercium cum meritoria
muliercula palam pro matrimonio, nō dubie
habitum fuisset, quoniam deus eos coniunxit
set nouo illo uerbo, quod Ecclesia agnitus,
uere Dei uerbum esse iudicasset. Quod si Do
minus Verbum illud de fornicario matrimo
nio prophetæ Ecclesiam cælasset, fuisset tunc
quidem matrimonium coram Deo, sed non iu
xta præscriptam diuinitus ordinationem, ne
que consentiente, sed potius refragante Eccle
sia, cui non est iudicandum, nisi iuxta leges &
ordinationes receptas, donec expresso Dei uer
bo nō aduersantur, & usq; eo dū priuato ora
culo nō fuerit aliud imperatū. Ad quas ordi
nationes qui publice consulit respicere debet,
præsertim ubi causa ad genus aliquot homi
num pertinet, ut ad Sacrificos cœlibes per
tinet concubinatus, quibus non minus quam
profanis lege & moribus prohibitum est, sine
matrimonio legali consuescere mulieribus.
Quod hic singitur Deum approbare concubi
natum nihil est. Nam in uniuersum Deus nul
lum uerbum facit, quod non patefacit per ser
uos

uos suos prophetas. Iam concubinatus iste Ecclesiasticorum qui veteri uerbo repugnat nullum nouum habet. Neq; huc attinet vulgata hec distincti uncula, iure poli & iure fori, quæ nō ad morē publicū, sed ad priuatos aliquos per occasionem tantum applicanda est. Nihil enim ad nos, quid Deus præter ordinem & præter uerbum suum cum priuatis facit, quoniam nos ad uerbum suum & publicam protestatis ordinationem adstrinxit.

Quid ad hæc nostrum consilium. Quis es inquit qui citius damnas homines, quam esse eos praui facinoris obnoxios cognoris? Quis es qui iudicas alienum seruum? Hoc cauillo uideri uult satis confutasse quod fratres Symmies affirmarunt, Ecclesiæ de eorum contubernio, exploratum esse debere, quæ sequitur, qd est honestū ac decorum, & ambigua suspicio facq; auersatur. Atqui istud nō est alienum seruum apud se temere condemnare, quod uera Apostolus, sed est in ordinem Dei officiosius respicere, quod iubet Christus. Nō inquit tenetis dominum Deum tuum. Hinc planè conjectura sit haud inanis, istius generis consilia fluere ex fontibus Epicureorum qui nihil credunt. Nam Consultor in uoluptate sua, dum à seditione temperatum fuerit, neminem turbandum esse contendit. Istud ueneni latet.

Z. quanquam

Matrimonii
Epicurei
noui prohibi-
bent.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

quamquam causæ malæ nimium fortasse stude
dens, in id impietatis imprudēs impegit. Quis
nescit concubinatum Sacrificorum offendere
plurimū? Nihilominus tamen illis qui gladiū
ad uindictam malorum operum gestitant, per
suadere conatur, ut ferant & pro honesto ha
beat, hoc est, ut taciti flagicia & probra tanta
dissimulēt, sinantq; latissime peruagari, Qua
indulgentia Principes pariter & Ecclesiasti
ci Dei iram, quam in prophetis minitatur
grauissime incurrerent. Dominus profecto
per euntium peccatorum sanguinem et a Prin
cipibus & a ducibus uerbi requiret, siqui
dem cessant plectere, quod iussit plectendum
esse. hoc est, si permittunt impune esse, quod
est contra ipsum et uerbum eius commissum,
etiam si summa extiterit rerum politicarum
tranquillitas & ocium quietissimum.

Addit, quod metu Episcoporum deterri
ti sacrifici cœlent cum concubinis connubii
se contraxisse. Vide Princeps optime quām si
bi constet, quām serio causam omnium gra
uissimam dijudicet. Paulo ante ait: Sacrifi
cum concubina temere & sine pactione con
uenire, quomodo igitur fateretur nefarius ho
mo contractum a se matrimonium, quod con
tractum non est. Nam contrahere non este
mere congregi forte, & in se incidere, vnuer
dingt zusammen vuischen, sed iuxta leges

tum animaduersione multa inter se pacisci. Nihil igitur huius ex animo dicit Consilium. Quod si inter eos esse coniugium serio agnoscet Episcoporum authoritatem illis ut pote bene operantibus terrori esse debere non concederet, nam facit talem metum iustum esse. Nihil igitur illi ualebit quod Apostolus ait, Vis non timere potestatem? quod bonum est facito et feres laudem ab illa: Nam glorie sunt professoribus Christi etiam improbi tyranni, qui occiso corpore, nihil iuris in animam habent. In hoc est, ut uiderur, tua Celitudo illistriss. Princeps. ut Deo uni se credes, eius gloriam pro suscepto munere procuret, sed pseudo prophetæ id est, qui Deo uerbög eius contumeliosi sunt, hoc est, isti Ecclesiastici, ab humano die prorsus dependent, & se querunt, non quæ sunt Christi Iesu. Cuiusmodi pestes religionis nunc deliberationibus accurate scriptis per speciosam hypocrisim defenduntur. Quam exilis Dei cognitio, quam nihil spiritualis actuositatis inter homines? quoniam sunt, qui religionem uafre assimulantes pestilentibus Consilijs innocentiam fidei inficiunt tanto conatu & studio. Nos illud scimus & libenter sequimur in negocio religionis dum potius quam homines esse considerandum. Nam alioqui præceptum de charitate dei aut

Tyrannus
minister Dei
est.

Z ñ depue

DE MISSA, MATRIMONIO ET

depuritate fidei nullū esset locum habiturū.
Et nunquam ore fieret confessio ad salutem:
Abraham nō imitandus cum abnegat uxorem.
Nec ad institutum facit quod Abraham alie-
nos & impios coniugium cælauerit, cuius ma-
trimonium cum Sara contractum, cum esset
inter suos in Haran, Gene. xi. & in Canaan
cap. xxxij. haud ignoratum erat. Postea ad tē-
pus id occuluit Philistæorum & Aegyptio-
rum tyrannorum metu, quos tanquam alie-
nos a timore Domini extimescebat. Nec p[ro] a-
deo tales dissimulationem omnes excusant.
Gerundensis egregius scriptor apud Hebræ-
os, Abraham, inquit, pater noster nefarium fa-
cetus admisit, eo quod uxorem periculo adul-
terij suo metu exposuerit. Tantum abest ut
sit eo loci imitandus. Deinde dissimulauit ma-
trimonium tam uerbis quam facto, eamq[ue] in-
star sororis interim reuera habuit, quæ iuxta
Scripturæ ueteris loquendi rationē soror quo-
que erat.

Verum sanctuli nostri concubinarij, con-
iugiū crassissime dissimulant, qui suas nō pro
sororibus, sed pro meretricibus, ut sunt, tam
uulgo haberī uolunt, cui affirmāt quod matri-
monium contrahere sibi non liceat, quam eti-
am spiritualibus prælatis, à quibus facultatē
cum illis consuescendi quotannis numerata
pecunia redimunt. Sunt ne ista ad exemplum
Abra-

Abrahæ, qui illo tempore cum sua tanquam
frater cum sorore castus degebat, ut prisci asse-
uerant, & ex historia liquere uidetur. Non cō-
texit uelamento turpitudinis coniugij digni-
tatem, ut sacrificorum patronus clientulos su-
os facere causatur, sed honesto titulo opinio-
nem de coniugio suo subgliscentem dissimu-
latione opprimit, ne ab impijs interficeretur.
Secus inter suos ciues egit, quibus notum esse
suum matrimonium uoluit. At qui concubina-
tus Ecclesiasticorum nusquam pro coniugio
neque domestico ipsorum iudicio, est habitus,
nam cum nituntur suum flagitium eleuare, di-
cunt minus sceleratos se esse, quoniam nondū
uxores duxerint, quam nos simus qui profite-
mur renatum Euangelium, ppter ea qd apud
nos nō sit poenitentie locus: et sic nostra matrī-
monia in grauiorem iniuidiam uocare adni-
tuntur. Itaq; uetitum esse suum contuberniū
non negant, & stuprum est, ipsorum senten-
tia Ecclesiasticorum concubinatus, sed in uni-
uersum matrimonia comprobat diuinæ Scri-
pturæ inuiolabilis authoritas, cur humana te-
meritas ecclesiasticorum damnaret. Memine-
rimus igitur pro confessio esse quod concubi-
natus non sit matrimonium, neq; adeo ipsorū
iudicio, quamvis Consiliū tanta puicacia di-
uersum assuerat.

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Maxime vero absurdum est existimare in
oculis Dei esse alicuius, quod spiritus scriptu-
ræ, & quod ordinatio diuina planissime con-
demnat. Neq; conscientiæ neq; ignorantia
prætextus ullus uitium tam perspicuum excu-
sauerit. Nam cōiugium, quoniam externa res
est, & ad politiam externam attinet, uulgo
cognitum, & aliqua ratione omnibus perspi-
cum est, neq; adeo conscientiam primo in-
format, sed uitam ordinat ciuilem. Quia sunt
inquit in carne una. Et relinquet homo patrem
& matrem & adhæreat uxori suæ. Quid sit
caro, & quid adhærere uxori non est res inin-
telligibilis hominibus, si conscientiarum ne-
gocia non nihil intelligunt, nam quotidiano
id usu discunt.. Itaq; & omnes quid sit matri-
monium uulgo intelligunt, & tenent quid
aperto Dei uerbo diuinæque ordinationi in-
tam perspicuis rebus congruat. Quamobrem
esse sua contubernia, que legibus omnibus &
uerbo Domini perpetuo reprobantur.

Rursus nos urget homo incuriosus & inno-
cius, quid inquit, in sacerdotes domi suæ quid
uiuant, & an instituerint coniugium nec ne in-
quiritis, cum id credendum de quo quis q; meli-
us est &c. Huic cauillo quid attinet responde-
re. Quis nescit Iudicis & principis interesse
ut ea,

Matrimoniu-
notum esse
debet.

ut ea facinora in apertum producat quæ clan-
culum admissa si continuantur, sunt nocitura
publice. Nam id lex præcipit Deut. xiiij. Quæ
locum T. Celsit. si uacat & libet excutiat, ibi
agitur de illis qui clam à Deo patrum nostro
rum, ut accurate facinus peruestigetur abdu-
cat. Itaq; lex iubet, ut eius mali author è me-
dio tollatur. Cui facinori Missa & sacerdotū
concubinatus ualde conuenit, utruncq; enim
per se malum est, & publice quidem noceutis-
simum, quod ibi lex dei protinus euellendum
præcepit.

Quid agat, & quemadmodum & qua con-
ditione uiuat cum amica sacrificus, contendit
non inquirendum esse hoc argumento. Nam
quod in macello uenditur ait Apostolus, edi-
te, nihil interrogantes propter conscientiam.
Sed hæc monitio ad priuatos est, Apostolus Rom. 14.
enim monet uitanda sacra idolorum, quod
quæ immolant gentes, demonijs non Deo im-
molent. Nec fieri posse ut mensæ Domini par-
ticipes sint, qui dæmoniorum mēsis assideant.
Verum, quia mos erat quod ex Epistolis Pli-
niij secundi liquet, ut peractis sacris reliquæ
carnes tanquam profanæ publice uenderen-
tur. Periculum erat ne aut domi suæ, aut ab
Ethnicis hospicio excepti idolothytis impru-
denter uescerentur, & ea re existimarent se in-

Z iiiij quinari

*De conscienc
tia Idolothyt
is.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

quinari. Quos Apostolus, quoniam hoc nihil
ad conscientiam, noluit, tam inutili religione
obstrictos esse, & si cultum idolorum summe
execratur, & uitandum ubique docet. Nam in
priuata mensa non cultui idolorum studetur,
neque carnes quae in cibum domesticum, post
impium sacrum ex praecedente superstitione
ueruntur, per se aliquid uici habent, neque pro
hibitae sunt credentibus, qui per Christum in
terum omnium dominium sunt restituti. Do
mini enim est terra & plenitudo eius. Nec quod
intrat in os coinquinat hominem &c. Quod
si alicui conuiuare, qui ex sacro demoniorum re
liquias esse nouerit, secus uidetur, propter con
scientiam non suam, sed illius qui tales de eis
religionem temere suscepit, ab esu carnium ab
stinendum censet.

Hæc est sententia citati loci. Ex qua Con
sultor temere pronunciat, quod Magistratu*m*
de subditorum uita, quae legibus quoque con
traria est, inquirendum non sit, propter consci
entia est, quia res media: cibus idolothythus et
necessaria cura Magistratus. Quantum ho
minis acumen, quoniam solus cernit, perin
de esse ex libertate Christiana inter cibos
non discernere, quod quidem est perfecto
rum Christianorum: atque quid in sua Repub
geratur, & quid flagitorum ac scelerum eam
inuadat

Inuadat, susq; dec̄ ferre principem, qd' estim
piorum & officium suū negligētūm. Quasi,
quod non est contra Verbum Domini, neque
inferiores offendit, sed adiunctam habet erga
Deum animi gratitudinem, id qui docet libe-
re impuneque fieri posse, idem totidem uerbis
doceat, ea facinora quæ populus nouerit, neq;
in suspicionem ut emendentur, per Magistra-
tum esse uocanda, sed quæ uel cæcis uidentur
esse dissimulanda propter conscientiam. Nam
plebs tota & sacrifici ipsi nō ignorant probro-
sum ac damnatum esse concubinatum, quem
& inter se uideri uolunt reprehendere Eccle-
siastici.

Sed & illud extra controversiam est, sub
principe Christiano & libertatem ad ducen-
dum uxores quibuslibet iuxta Scripturam &
morē patrię offerente, concubinarios maxime
foedos ac nefarios esse, q; cum sociā uitę assūm-
pserint, neq; esse, neq; haberi tñ legitimi mari-
ti uelint. Sed fac Idolothytū post sacra & scor-
tum in edibus sacrifici idem esse, nondum ta-
men sententia Apostolica quadrauerit insti-
tuto. Nam quod quis ex aliorum iudicio noue-
rat immolatum esse idolis, id sentit D. Paulus
uitandum. Atqui nemo non uociferatur in fœ-
dam spurcitiam sacerdotum, id q; sæpenume-
to corā in os, et nemo sacerdotes cōcubinarios
nō execrāt,

Z v Orta

DE MISSA, MATRIMONIO ET
ORTA EX ILLEGITIMO CONCV-
binatu, & quid inter iuris ciuilis & scri-
ptura sacre concubinas intersit.

CAP. XXXIIII

ITaq̄ non unius iudicio, sed publico homi-
num sermone turpitudo illa traducitur.
Quid igitur Magistratus poenam de ea impu-
ritate sumendo omnibus uitandam & execra-
dam esse non doceret, caueretq; ne Remp. stu-
bris & libidinibus compleant peruersa ista ui-
tae exempla. Nam si impunie tantam suam tur-
pitudinem tulerint Sacrifici concubinarij, qd
obstiterit quo minus in exemplum rapiatur,
& honesti opinionem tandem induat ea turpi-
tudo. Nam existimantur esse scripturarum pe-
titio, & prædicare uerum Euangeliū, quod
Cur noceant quia simplicioribus merito plurimi fit au-
thoritate ceu legati Dei magnopere ueneran-
da, homines alioqui nihil publice ualent. Cu-
ius gratia aut uiciosa eorum uita tandem ap-
probatur, aut sacri ministerij diuinique uerbi
authoritas euaneſcit. Vtruncq; est malum pi-
etati exitiabile. Nam ex altero nascitur pudici-
cia & matrimonij derisus, ex altero autē Chri-
stianæ religionis interitus. Nam si flagitijs no-
men

men, eorum qui Dei uices gerunt concubina-
tui manserint, quod quidem nunc habet om-
nium iudicio, quid aliud sperandum quam se
culturum esse uerbi Dei & sacerdotij Christi,
qd' in illorum ministerio efficax esse deberet,
grauissimum contemptum, imo certum exiti-
um totius religionis, & uenturæ uitæ sacrile-
gam inficiationem.

Quæ mala pessima iam pridem nonnihil
inoleuerunt. Etenim illustres uiri & ferè præ-
lati qui inter Ecclesiasticos potiores, nostram
cum periculo uitæ Christo credentium super-
stitionem, ut uocat, apud se magnifice rident,
& ut eis uidetur nostro merito, ex eo quod in-
firma multa in nobis aut deprehendunt aut
deprehendere sibi uidentur, nam Euangeliū
uim ex nostris moribus censem, & non ex uer-
bo domini. cur uulgo igitur imputandum qd'
ex sacrificorum non suspecta sed concessa im-
pietate hanc pestilentem collegerint persua-
sionē, nihil esse quod de pœnis inferorū & fu-
tura resurrectione asseritur, alioqui inquiunt
talem uitam nō uiuerent antistites religionis.

Liquet igitur quanta sit calamitas, quan-
que præsens pietatis exitium, quod sacro-
sanctum Ecclesiæ ministerium in tantum lu-
dibrium hominum uenir, propter istam illu-
strem ministrorum turpitudinem. Nam & si
dei in

Futuram uia-
tam negant
prælati.

DE MISSA. MATRIMONIO. ET

dei in Christum & honeste uite amorisq; pr^aximi occasus oritur ex contemptu ministerij. Quid enim aliud per infamia flagitia & scelera corrupti status Ecclesiasticorum expectandum. Quis nescit ubi Monachi & Canonici sunt frequētores, ibi ceremonias multas quas pecunia fulciat & pietatem nullam publice ualere. deinde pro uita honesta & Christiano digna impuram scelestamq; exuberare plurimum. Documento sunt ciuitates Germaniae insigniores, præsertim cathedralium canon

Canonici. corum nidi, & maxime Roma ipsa, fons & caput scelerum, ubi licent, quæ libent omnia, ni

Roma. si piuum & pauperem esse, prælucente ad nequitiam, ad intemperantiam, ad fraudem, ad omnem blasphemiam aula Pontificia.

Sed Consilium neutiquam aduertit, quām ex permisso & ex defensione impuri concubinatus subuertatur & explodatur matrimonium publice. Nam si non pro illicito coram deo concubinatus habetur, sed in leges ac mores ut legitimus recipitur, nemo intemperantior soluto amore perfaci non maller quām firma pactio illigari matrimonio. Natura enim ius libertatis ac licentia amantiores, quam libera ista societas cum amica contubernali exhibet & tuerur, quia pro utriusvis uoluntate sine incommodo dissoluitur contra ius

**Vinculum cō*iugij caro fu*
it.**

ius commune, & publica honestas, atq; homi
num consensus ille inuiolabilis author & ser-
uator rerum matrimonia publice condicta di-
labi non sinit. Ea igitur licentia in concu-
binatu à se discedendi, est carni multo grati-
or, quam sit seruile hoc fugum matrimonij, ut
Apostolo dicitur, quod perpetuo vinculo con-
tinet semel coniuctos homines. Concubina-
tis iugis uoluptas est, quam subinde renouat,
sed coniuctui legitimo crux assidua adhæret,
quam humeris excutere freno matrimonij se-
mel accepto non licet. In temerario suo concu-
binatu omnē molestiam conjugū facile effuge-
rint. Nā si in amore ipsorum liberū aut inimici-
tiae, autrixæ difficiliores inciderint, aut occasi-
one quaç; eorum animi dissilierint, nullo tñ
opus est iudicio, sed licet per Consilium uelut
ex formula iudicari, ut suapte authoritate à se
discedant. Nam iracundia aut rædio interce-
dente uinculum coniugij, mutuusq; erga se a-
mor, qui unus coniugia Consultori continet,
siam pridem dissilierat. Hocq; si odium adest,
aut etiam satietas seu uitium contrarium irre-
puit, non est illi amplius matrimonium, quoni-
am causa matrimonij sublata est. Itaq; cupidi-
tate foeda inflammatus Sacrificus recentem
puellam in quam nouum affectum coniuga-
lem conferat, arte peruestigat & captat. Quæ

Lex meretri-
cum & sacri-
ficorum eadē
lex

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

lex eadem incertarum meretricum est, ut una
queq; eximium, quem amet, habeat in delitijs
donec qui sit gratior & qui largius numerer
obiectus fuerit.

Hanc sacerdotalem pudicitiam cur non se
queretur plebs, et populus Epicuri de gregen-
tus, cui uoluptates nondum desipiunt. Imò se
quuntur eam haud impigre. Ex quo illud Pro-
phetæ in nos uerissime nunc dicitur: Qualis
sacerdos, talis populus. Nam quoniam sacrifi-
cus, qui dicitur spiritualis, licentiam carnis a-
mat, quomodo illam oderit carnalis mundus?
sic enim præ se nominant uulgū Christiano-
rum. Hęc doctrina, de concubinatu iustifican-
do, quantum turbarum cieret, & si nos eam se
queremur merito iure Cęf. Maiestatem in nos
irritaret. Quam sua impietate sibi demereri
uidentur. Scimus quod Cæsar sit metuendus
malis operibus, sicut rursus uel bene agenti-
bus timendum Deus est, quia cognitor cordi-
um est, fugiendum igitur Cōsilium quod cum
Dei indignatione Cæsaris quoq; uim in prin-
cipem prouocat.

Orta ex concubinatu, quia illegitimus est,
Orta ex con- hęc sunt, quod ignominia & honestas iuxta
cubinatu. haberetur, quod terra nothis & spurijs com-
pleretur, quod litibus super hæreditate diui-
dunda feruerent iudicum subsellia inexplica-
bilibus

bilisbus. Nam nothi inter legitimos hæredes Principis indulgentia haberentur, si incestū concubinatum approbaret, nectantum sacrifici & scorti tāquam parentum, sed etiam pro pinquorum hæredes futuri essent. Quod qui dem Episcopi improbant, quoniam Ecclesiasticos tanquam seruos Ecclesiæ publicis lites quas Vertonam uocant manumittunt, faciuntq; cognatis ex intestato succedendi facultatem filijs eorum omnino pernegant, tanquam ex damnato coitu natis. Sed princeps cōfentiens in cōcubinatum hæredes diceret incestuosos istos partus sacrificorum. Quos leges Cæsareæ, leges Pontificiæ, conciliorum decreta, consuetudo Episcopalis iurisdictionis, omnium seculorum consensus, ordinatio imperij, omnia legitima, potius non alienados, quam esse iustos hæredes pronunciarent, nisi clementia Christiana alimoniam impetratendam iuberet, nam spuri de iure tollendi nō sunt. An non uerisimile, quod Cæsarea Maiæ, et imperij, pceres, alijsq; monarchæ et Respub. aduersus principem, concubinatum inter honesta contubernia habentem, signa potius il-laturi sint, quam contra eum, qui matrimonium & collapsam Ecclesiam reformare studet. Nam eorum officium ad mali non boni operis terorem esse debet. Quod autem fit

contra

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

contra Deum, contra naturam, contra leges
& mores, id malū esse nemo ignorat, eoq; cor-
rigēdum ab eminentibus potestatibus. Quid
hic patronus iste tranquillitatis publicæ cum
suo consilio? Nonne & hic periculum est à for-
midabili potestate Cæsaris, nisi solum si quod
est bonum egerimus, eam nobis timendam ex-
istimat.

Quod si parœci iuxta ordinem Dei &
scripturam sacram iuxtaq; prima & sanio-
ra Ecclesiæ Concilia, leges Cæsareae, veterum
mores uxores, duxerunt, principe permitente,
& liberos eorum exhaeredes esse debere cog-
nati contenderint, summis etiam iudicijs pro-
cis facientibus: nihilosecias, securus tum erit
pīj principiis animus, eo quod conatum suum
Deus, natura, publicaq; honestas defendit ac
laudat. Nam quicunq; probitatem diligunt,
concubinarios ut perniciose flagitiosos odi-
runt, uoluntq; suum honorem legitimo tribui
coniugio. Si aliquid ea de causa periculi subeun-
dum id pius princeps aīo æquiore subibit, in-
se certus, quod pro gloria Dei, pro uerbo eius,
& pro reformatiis uulgi moribus in discri-
men sit uocatus. Contra, qui sequitur Con-
sultorem hunc malum iram Dei meritam le-
ges scriptas & studium honesti, quod omni-
bus natura inseuit, sibi aduersari experietur,

Nihilo

Nihilominus iste tantus iuris & æqui consul-
tus Cæsar is atq; dei iram nobis obiicit, ne deo
& menti Cæsar is, hoc est, legibus pijs & scri-
pturæ pareamus, & suadet ut cum offenditio-
ne Dei publicæq; probitatis neglectu, securi-
tatem carnis procuremus.

Tertio querendum proposuimus, num cō-
cubinatus iure sit prohibitus. Verū quia scor-
ta Sacrificorum non sunt uxores, necq; sunt le-
gitimæ concubinæ, siue scripturam siue leges
Conciliorum priora audierimus, non admodū
attinet curioserimari cur olim concessæ poste-
rioribus legibus uententur. Nos tamen de ea
questione paucis differemus, quod eius expla-
natio causam hanc totam illustret, atq; patres
Ecclesiasticos per Consilium citatos defen-
dat à calumnia.

Videtur autem de concubinis liquere: ali-
as quidem esse secundum scripturam & con-
suetudinem patrum atq; patriarcharum: alias
autem iuxta leges Cæsar eis & morem Ethni-
corum. Nam hic de fœdis nostri seculi nihil a-
gimus. Hæc duo genera concubinarum sic dif-
ferunt. Nam Cæsareus concubinatus, nō erat
stabilis, qui sæpenumero ad breue tempus cō-
trahebatur hac lege, donec alterutri aut ma-
trimonium aut nouum concubinatum inire
placetet. Quod si coiissent, sine adiectione, tū

*Concubinatus iure pro-
hibitus.*

*Duplices cō-
cubinæ legi-
time.*

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

uterq; potestatem habuit nuncium mittendi alteri. Nam amica quoque potuit alium sibi querere amatorem, aut etiam maritum arbitratu suo, siquidem ingenua concubina. Seruæ autem facultas non erat collocandi se alijs in coniugijum sine domini uoluntate.

Sed legis diuinæ concubinatus firmior erat nimirum ad modū iusti coniugij. Nec legi alii dicasse. Neq; enim Abraham Hagar concubinam & si morosiorem abiecit, nisi bis oraculo iussus. Liquet igitur non patroni libidine, sed pro dei uoluntate esse. Ex quo apparet publicam ordinationem fuisse, ut cum concubina non aliter atq; cum matrifamilias constans esset sub lege Dei contubernium. Hæc differentia diuini & Cæsarei concubinatus est.

Deinde in populo Dei fas erat matrifamilias ut ancillam in concubinatum viro tradiceret, quæ sibi liberos iustos & ex asse heredes pareret. Exemplo sint Sara & uxores Iacobi patriarchæ, Gene. xvi. & xxx. Iure autem Cesareo non nisi naturales filij ex concubinis sumonio siebant legitimi.

Tertio. Concubinæ legis Dei palam despondebantur, & pro quorundam sententia litteras

IVRE MAGIST. IN RELIG. 189

literas suas cōnubiales habebant. Sed nulla despōnsatio cum Cæsarea intercesserat, unus affectus uiri cum aliqua, & huius cum illo elec̄tum habendi contubernium, concubinatum absoluebat, restincto autem amoris signe mox ea consuetudine dissipata, uterq; aut nouum contubernium inchoabat, aut coelebs, prout animus & occasio, uiuebat.

Quarto. Inter se quoq; hactenus conueniebant, quod concubinæ legis diuinæ, interdum causa tantum fornicationis uitandæ acceſſebantur, et in Cæsareis legibus gratia dunt taxat consuetudinis & officij domestici. Interdum autem utrobicq; naturalis filij generandi causa, ita ut non minus per scripture ritum plurimq; naturales dunt taxat liberi essent ex concubinis Mosaicis atque in Ethnicis legibus fuerant.

Qui cum his dictis Concilia, patres & iura Pontificia contulerit illi causa uetiti in Ecclesia posteriorē cōcubinatus haud obscura erit, nam concubinatus scripturæ in concilio Aurenſi permittus est, ubi ea quæ sine literis sponsalibus, affectu coniugali cum viro confuerit, propter affectum, uxor est, sed lex eam nominat concubinam. Notabit autem Consultor hic dici, sine literis, neq; tamen negatur despōnsatio intercessisse, & diserte de matri-

Cur Ecclesia
omnem con-
cubinatum
uetuerit.

Aa ij monials

D E M I S S A , M A T R I M O N I O , E T

moniali affectu agitur, ex quo quidem alias
fit matrimonium seu primum & caput eius
coniuctus. Quod non est rapiendum ad colo-
randum temerarium illum atq; impurum con-
uictum sacrificorum cum scortis suis, Nam si
affectus coniugalis in concubinatu per Con-
cilium approbato, ad est eidē uoluntas Dei, q
coniugiorum author est, adfuerit necesse est,
qā tali affectu nuptię conciliantur. Sequit de-
inde adesse oportere tam uerbum quam ordi-
nationem Domini, & fidem, quod Deo uolen-
te sit initum, quia iuxta uerbum eius, postquā
per uerbum & ordinem à se institutum uolun-
tatem suam declarat. Euidens est hæc ratioci-
natio, ei qui iudicet pium Concilium quod a-
perte impium, & quod est sine Deo, probare
posse. Concilium Toletanum concubinas
quoq; concedit, sed uetus polygamiam, quod
sit contra hanc primæuam institutionem, &
sint duo in carne una: contraq; Romanas le-
ges quæ monogamiam coniuctam cum maxi-
malicentia uirilis petulantiae iam olim in or-
bem introduxerat profligata polygamia, que
ex ritu Iudaeorum inoleuerat. Verba Conci-
lii sic habent. Christiano non dico plurimas,
sed nec duas simul habere licitū est, nisi unan-
tum aut uxorē, aut certe loco uxoris, si con-
iunx deest, concubinam. Quare concilio illi
cius

ei⁹ concubinatus permittendi qui Ecclesi⁹
semper legitimus extitit, causa fuisse uidetur
præcipua honestas uitæ, quæ in eo ex despon-
fatione, contestatione & constantia eius elu-
cebat. Sed idem spiritus qui pro hoc concubi-
natu in priore Concilio, post hac in patribus
& Cōcilijs posterioribus alterum concubina-
tūm, nimirum illum ciuilem, prorsus uetuit:
quod is esset leuior & inconstantior, quam
pro grauitate Christiana. Quia Verbum Dei
& ipsa natura rerum matrimoniorum firmita-
tem postulat Gene. ij. Matthei xix. i. Cor. viij.
Aristoteles. i. Oeconomicorum etc. Quanquā
patres hunc duplēm concubinatum non di-
serente disreuerunt, quod consuetis. id est Eth-
nicis inseguendis deditiores, aliena sæpius cū
scripturarum ratione commiscuerint, & leui-
ter ad memoriam ueterum Hebræorum ani-
mum adiecerint. Itaque ex usu eorum qui ab
Hebræis ad fidem concesserant, ex moribus
uulgi Christianorum, ex legibus profanis &
naturali ducturatiōnis non pauca huius gene-
ris statuerunt. Quod quidem præclarum illo-
rum in ceteris rebus lucem intelligentiæ,
nonnihil obscurauit. Nam imperiti
hinc iudicant omnia illorum di-
cta unius monetæ esse.

Aa ij Qua

DE MISSA, MATRIMONIO ET
QVARE ECCLESIA OMNEM CON
cubinatum prohibuerit, & quod iterū pos
fit non sine utilitate concedere con
cubinas.

CAP. XXXV.

Ex quo concubinatum initio timidius ac
hæsitantius abrogarunt, quem tamen,
ut tum obtinuerat, omnino abrogandum esse
sentiebant. In eum modum loquitur Augusti
nus in lib. de bono coniugali: Quod præcipi-
unt, inquit, Apostoli coniugatis, hoc est nupti-
arum, quod autem uenialiter concedunt, aut
quod impedit orationes, non cogunt nuptiæ,
sed ferunt. Itaque si quis forte, quod utrum si-
eri possit ignoro, magis fieri non posse exi-
stimo, sed tamen si forte ad tempus adhibi-
ta concubina filios solum ex eadem com-
mixtione quæsuerit, nec sic ista coniunctio
uel earum nuptijs præponenda est, quæ uenia-
le illud operatur. Et paulo post: Ita nec concu-
binæ ad tempus abhibitæ, si filiorum causa
concubant iustum faciunt concubinatum
suum. Idem citatur xxxij. q. ij. concubine. Hoc
sermone nō reiçit concubinatū, q ad tempus
causa gignendæ prolis instituitur. Quæ cau-
sa ut approbatur iure codicis titulo de natura-
libus

libus liberis , ita iure diuino improbatur, eo quod constantiam in legitimo concubinatu reposcat scriptura Dei. Itaque ciuilem & non veteris Ecclesiæ concubinatum propriam damnauit Augustinus. Siquidem rationem Consilij eius tum scribentis animaduerterimus. Ad stipulatur Can. audite. dist. xxxiiij. Concubinas, inquit, habere uobis non licet, et si non habetis uxores, tamen non licet uobis habere cōcubinas , quas postea dimittatis , & ducatis uxores, tāto magis dānatio erit uobis, si uolueritis habere uxores & concubinas . Hæc Canon. V etat igitur concubinas, quæ postea mittantur, quasi uelit eas etiamnum permettere, quæ nunquam dimittantur, sed copula sancta sine metu repudiij per omnem uitam cum eodem viro cohæreant.

Non simpliciter legibus Cesareis derogat. Nam sic summæ potestatis authorem apud populum eleuaret, quæ iuxta uerbum Domini p̄ijs timenda, & sacrosancta est. Sed concubinatum quia laxior erat, in modum syncerorem, & legibus humanis non contrarium concludit. Simile quiddam uidere est alibi apud Hieron. ut in decretis citatur.

Tertio. Patres Ecclesiastici concubinatum qui illum permiserunt, propter eius incōstantiā prohibere maluissent. Quemadmodū

Aa iiij Gratianus

DE MISSA MATRIMONIO ET

Gratianus authoritate Isidori dist. xxxiiij. significat. Christiano inquit non dicam plures, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem, aut certe locouxoris, si coniunx deest, concubinam. Liquet igitur canonem maluisse uxorem quam concubinam. Aliter ius Pandectarum: Honestus est inquit patrono libertam concubinam, quam eam matrem familiæ habere. At patrum ecclesiasticorum integritas tam libertam quam ingenuam in uxorem potius habendam censuisset.

CONCUBINATUS BENE AB
rogatus est, et per Ecclesiam in
usum reuocari potest.

CAP. XXXVI.

*Cur concubi
natus legalis
uetitus.*

Quarto. Quod concubinatus sit abrogatus, non iniquum esse nobis uidetur. Nam in coniugis maxime concubinarum, quod saepe diximus, Ecclesiæ proceres ferè sunt leges imitati. Quibus incertitudo & mobilitas muliebris contubernij uelut approbatur, ita ut laudi datum sit uni concubinæ adhæsse, quam abiiciebat pro arbitratu, cum sine dote accumberet. Itaque rara in concubinatu erat

erat constantia, ualentibus adhuc Cæsareis legibus. Pium igitur studium reuerendissimum Episcoporum uenerandum est, & eorum authoritas sacrosancta est. Quam si quis contemnit, is uehementer est improbus. Nam pastorum est, in omnibus actionibus huius uitæ quid Deus iubeat respicere, & in matrimonio præsertim tam egregio opere Dei, populi conscientiam ad uerbum Domini dirigere. Itaque verisimile est, rationem obliterandi & prohibendi concubinatus hanc illis fuisse. Nam cū ad concubinatum duntaxat stabilem autoritatem sua adhortarentur, uiderunt iuxta profanas leges Rempub. imperij, ubiq; gentium gubernari, atq; eo animaduerso cœluerunt facilis us esse cōcubinatum in uniuersum abrogare quam uitiosum corrigere, quia leges receptæ primo fuissent submouēdæ atq; meliores substituendæ. Quemadmodum & in cæteris rebus collapsam aliquam consuetudinem citius totam ē medio sustuleris, quam bonæ substantię uitiū accedens, subtiliter discernas ac deleas. Sicut multo promptius est omnes Pisticæ Ecclesiæ ceremonias uitare, & in vicem alias ad puritatem uerbi synceriorem potius respondentes introducere, quam impetrare, ut in existimatione & usu hominum seruatæ, aut haberi loco diuini cultus desinant, aut exi-

*Consuetudo,
mala agrè
corrigitur.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

stimari sine bono motu cordis p se efficaces ad remittenda peccata, et ad satisfaciendū, p peccatis, quandoquidem non alio nomine quam diuini cultus gratia, & pro opere peccati explante, hactenus propositæ & receptæ sunt. Eo que uitanda est anxiarum ceremoniarum multitudo, ne uirtus Christi signis ab eo institutis exhibita, obscuretur arbitrijs ritibus. Quare concubinatū cū nō firmus, necq; iuxta legē dei, sed pro licentia Ethnica incertus esset, in uniuersum consulto, atq; utiliter aboleuerōt.

*Humanæ cō
stitutiones
colendæ.*

Alioqui uero ad humanas quoq; constitutions reuerenter colendas, tanquam ordinatas diuinitus, Ecclesiam magno studio consuefecerunt, Neque piarum esse mentium censuerunt, maiorum placitis temere obluctari. Tantum aduersus ea hominum præcepta, quæ uel à natura, uel à recta ratione, uel à uerbo Domini dissident præmunierunt, Sicut ab eo apertissime tum dissidebat ciuilis iste concubinatus, & adhuc multo amplius dissidet istud Sacrificorum cum infamibus concubinis infame contubernium, ut cui scriptura, patres, Concilia honestiora, ipsæq; Cæsarum leges penitus repugnant. Sine enim controuerbia talis coitio & consuetudo est sanctionibus omnibus prohibitus. Qua fronte igitur licitū esse Consulter dixerit?

Verum

Verum hic respodetur: A papa inquit
 Gratiano in Decretis, hac societate sacrificis
 interdictum est: Quid? Gratianus ne solis sa-
 crificis concubinas negat: locum eius ueratio-
 nis edat igitur. Quin cuius Christiano decre-
 tum hoc positum est: Ne quis mulieri nisi uxo-
 ri suæ commisceatur, & Ethnica concubina
 non est uxor, Ethnicus igitur concubinatus
 in uniuersum exclusus est. Hoc idem ante Gra-
 tianum prisci Hebræi ex xxiiij. cap. Deut. ut
 supra explanauimus sanxierunt. Legantur &
 & ea quæ xxvij. q. ij. &, deinde quæ xxxij. q.
 i. habentur. Item quæ contra Iouinianum Hi-
 ronymus. Quæ de bono coniugali Augusti-
 nus, & duo illa concilia Chartaginense & A-
 relatense statuerunt, ea liquet, non solum Ec-
 clesiasticis, sed omnibus credētibus statuisse.

Deinde constat in uniuersum prohibi-
 tam commixtionem cum muliere, cum qua
 desponsatio benedictioq; publica non præ-
 cesterit. Verum quod Canon concubinatum
 vagabundum profanis abstulit, Cōsultorem
 nihil angit. Illud ei per quam molestum atq;
 horrendum est, spiritualibus uiris aliquod fa-
 cinus carnale nefarium, aut ullam ueterem
 obscenam esse debere, modo animi mutui cō-
 sensio stuprum excuser, quasi uim unam illi-
 citam iudicet, alioqui in consuetudine com-
 munis

Concubinae
 in uniuer-
 sum prohibi-
 ta sunt.

DE MISSA. MATRIMONIO ET

munis thorii nihil uisij agnoscit quam tædi-
um & satietatem, id est, interpolatum affectu
mutuum.

An omnes

Papæ consti-
tutiones fugi-
endæ.

Præterea artis est, quod Papam Gratianū authorem eius prohibitionis peculiariter facit. Nam notum est humanas constitutiones, neq; contra naturam, neq; in conscientiam hominis aliquid posse. Et quia Pontifex Romanus, illarum nomine nunc male audit, sperrat nomine Pontificij decreti à nobis indoctis protinus explodēdam esse, eam prohibitionē. Cæterum quæ est ista peruicacia? An si Papa Gratianus quod pium præcepit, aut quod est inhonestum prohibuit, impium erit pium, & honestum turpe propter hominis legē? Quid aliud igitur homo uafer captat, quam ut iniuria multorum nos castitatis patronos obiiciat, tanquam non studio gloriæ Christi, turpitudinem caueamus, sed libidine & odio nominis Pontificij temere resileamus à receptis, cū nihil æque demus operam, quam ut legibus impijs abrogatis, que tolerabiliter edicta sint, religiose obseruentur. Agnoscamus enim uere negari præmium, ei qui nouas leges uel publice utiles adinuenerit, multominus existimamus laudibus ornandum hominem, qui receperas petulanter conuulserit.

Necq; inficiamur tamen, quin pris cum concubina-

cubinatum, quem scriptura Dei probat, Ecclesiā posset in usum reuocare. Nam eum ecclesia nunquam abrogauit, quia nunquam in noua Ecclesia receptus est. Ecclesia enim genitum tantum Cæsareum nouit, igitur eum solum abrogauit. Quid enim ad eum potuit aut firmandum aut infirmandum, quem prorsus in suis moribus ignorauit. Quare fatemur haud obnoxie forsitan refragandum ei, qui cœlibatum contra uoluntatem dei professus matrimonium contrahit, aut legitimum concubinatum instituit, remotis arbitris, cum ei publica conscientia ob imperitiam hominum fraudi esse posset. Nam quis uicio uerterit, si uirtutis Domini, et prohibitionem matrimonij ex doctrina esse demoniorum cognoscens & sua ad matrimonium ineundum necessitate animaduersa, aut in uxorem feligeret, aut in concubinam, modo cum ea concubinatum certum iustum matrimonium coram Deo institueret, ac polliceretur honestū tale contubernium, sibi fore perpetuum, animusque sit, si quando locus detur, id palam profitendi.

Huiusmodi pactionem aut concubinatum legitimū, aut iustum matrimonium iure poli, quod aiunt nos esse agnosceremus. Habet enim pro se uerbum Domini in priore ad Corinthios viij. capite, Cui tamen nihil congruit.

Ecclesia post honestū concubinatum recipere.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

ant sacrificorum temerarij isti congressus,
quos aduersus Deum & homines & ex mor-
bidis affectibus, & interim temulenti plerum-
que ordiuntur. Quin occulti illi mariti
iudicio uidentur ualere & esse doctrina uitęq;
innocentia spectabiles, qui optarent, ut ad iu-
ris diuini pr̄escriptum concubinę honestę uul-
go concederentur, non illę quidem clancula-
riæ, sed quæ publicæ, ut in contrahendo ma-
trimonio fieri solet, despontatæ essent, & quæ
in perpetuum uiri contubernium immigra-
rent. Nam de temporarijs diximus, qđ firma
ratione pleriq; patrum Ecclesiasticorum eas
prohibuerint. Hanc autem diuinæ legis æqui-
tatem, charitas uehementer commendare illis
uidetur. Quoties enim, quasi necessitas mun-
di, flagitat, ut quis aut coelebs uiuat, aut ut u-
nam in concubinatu habeat sine spe prolis.

Nam fac esse uirum natalibus clarum, sed
fortuna prætenui, aut etiam mediocri, cui sex
liberi mares sint, necq; familiaris res, nisi quæ
duobus patribus familijs sufficiat, quid tum
facies: quod si maritos fieri omnes iuss eris, au-
gebitur familia breui in immensum, & quili-
bet sine censu, ut imagines, sic maiorum existi-
mationem retinere cupiet: Imo ut retineat, ap-
petere cogetur. Deteriore enim cōditione est,
qui ex equite & matrefamilias oriūdus, eque-
stri

**Concubinæ
concedi pos-
sent.**

stri censu deficiēte, aut ad laborem manuum,
aut ad exercendam mercaturam se conuertit,
quoniam opificio industria ueictum quære-
re sordidum habetur. Cæterum quoniam neq;
literas necq; natare quod aiunt, norunt, ad mi-
litiam, id est, ad officinam scelerum & flagitio-
rum omnium abeunt. Vnde qui redeunt ple-
tuncq; sunt corpore cicatricibus, & animo te-
tris opinionibus, moribusq; inhumanis foeda-
to. Quid ni præstiterit, ut uno ex illius liberis
in solidam hæreditatem deputato qui mari-
tus factus, generis spem propagaret, reliqui in
cōcubinatu legitimo agerent, quorum liberis
Neq; imagines neq; census equestris tribueren-
tur, sed quod lege naturalibus id duntaxat da-
tur, ut alerentur ad plebeiam uitam, qui in tñ
more Domini liberaliter educati opifices ho-
nesti fierent. Qua lege recepta si primus pa-
terfamilias sine prole mascula diem obiret, se-
cundo ab illo liceret per ueteres leges, ut ex sua
matrēfamilias faceret, nouo matrimonio, in
genua enim concubina uxor fieri potuit. Ex
quo naturales legitimi, et tanquam natalibus
claris oriundi redderentur.

Hac moderatione familijs nobilium con-
suleret, quæ numero atq; inopia pereunt. Plu-
res iusto ad sordes redacti sunt, aut ad mala fa-
cina prouerunt, non pauci autem ad interi-
tuna

DE MISSA, MATRIMONIO ET

tum intra paucorum annorum curriculū sunt
dilapsi. Itaq; reuocato in mores hominum cō
cubinatu amicitia consisteret inter fratres cer
tior, et stupra cōelibū essent rariora minusque
oneris in pauperes subditos imponeretur,
quibus facit aucta familia Dominorum, nu
merandi largius necessitatem, donec ad extre
mam pauperiem omnes redigūtur. Nam mul
tis leonum catulis exigua esca non sufficerit.

Hæc alijs uidentur, sed fac opinionem sic
iudicantium non esse inanem, & causam vide
ri firmam, quamobrem concubinatus qui in
diuino populo ualuit, reuocetur, quid istud
momenti Sacrificorum concubinatui attule
rit, qui non scriptura solum, sed etiam Cæsa
reis legibus improbatur. Quid coloris sacrifi
ci tuæ ditionis sibi inde inuenient, cum eis oc
casio sit & libera facultas, pro uoluntate Dei
uiuendi synceriter, sed ob incredulitatem ab
horrent a matrimonio, alioqui in uenerem ef
fusissimi. Nolunt confisi Domino agere quod
agendum Christiana ueritas præscribit, hone
stas suadet, naturæ uis efflagitat, maluntq; cō
tra Deum in infamia & ignominia securi de
gere, quā m cum fauore Domini ad ædificatio
nem proximi honeste uiuēdo esse in metu ma
lorū. Adeo illis prima cura est, ut ferendæ cru
cis, sequendiq; Dñi necessitatē uitent, utur hā
beat conscientia.

Dē

IVRE MAGIST. IN RELIG. 197

DE CL AVIBVS ECCLESIAE, AV-

thoritate principum in Ecclesia, & exem-
ptionibus clericorum.

CAP. XXXVII.

Quare illustrissime princeps, quoniam falsis argumentis malam causam Cōsultor subfarcieuit, his partim tragicis, partim ex arte petitis, quæ toties passim inculcat tua Celsitudo nihil moueat. Nihil æque inquit decere Principem Christianum ac leniores affectus, necq; ei quicquam esse magis indecorum, quam uim & iniuriam, ferarū esse sœuire ac lœdere innoxios, seditionesorum recepta temere conuellere, atq; aliorum uiolare iurisdictionem, queri de uiris principes uicinos, quorum Episcopalis iuris pomœria, in populum tuum pertineant. Papam quidem, ut Antichristum uerum exhibilandum esse, sed quid commeruerint uiri principes in Episcopalem dignitatem electi, qui suboriente hanc doctrinam nouam, fauore atq; amicicia erga T. Celsit. adducti tulerint, alioqui non latruri forsitan tam insignem iniuriam, quod Christū. scilicet pro Deo & seruatore habeas. Dein de & sū patroni insertores multarum parœcia

Responſio
ad Epilogum

Bb tum

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

rum secure contemnuntur, ob imbecillitatem
uirium, tamen Cæsaream maiestatem tantam
vum principum & magistratum, æquo ani-
mo haud quamquam laturam esse, sed ulturam
ius suum uiolatum specie Euangeli. Nam ei-
us propriæ sunt Ecclesiæ quæ aut exemptæ aut
a Cæsaribus priscis fundatæ sunt, quibus ua-
cantibus nemo quidē hæres succederet quām
unus Cæsar & imperium. Nam monasteria
quæ regalia, ut uocant, habent, sine contro-
uersia ad Cæsarem solum pertinere existimat,
ceu iure fundationis & inaugurationis quam
regalium nominant collationem, & ad nullū
principem inferiorem. Abbates enim aliqui,
principes imperij & Magistratibus liberarū
ciuitatum atq[ue] comitibus sunt authoritate su-
periores, & si in ferendis oneribus publicis
urbes interim primas teneant.

Sed & illud uehementer sit iniquum quod
collegijs & capitulis, ut uocant, ruralibus, sua
cripiatur iurisdictio ordinaria, quibus rursus
superiores iudices constituti sunt, qui eos co-
gant ad officium. siquidem cessarint. Hæc ille
diuersis locis obijcit, quæ quām uana sint hac
nostra responsiōe fecisse perspicuum uidemur,
neq[ue] adeo pietatem Magistratum uel tantil-
lum commouere debet. Nam liquet Pij prin-
cipis partes esse præcipuas, curare ut uera reli-
gio

IVRE MAGIST. IN RELIG. 158

gio more sc̄p̄ integrī ualeant inter suos, si negli-
guntur ab Ecclesiasticis. Et quia Missa fidelis
in Christum, quæ apud aduersarios caput reli-
gionis est, & sacerdotalis concubinatus foedi-
tas, probæ uitæ, quæ fructus fidei est, recta op-
ponuntur, necesse est, ut princeps, siquidem
Deum amat, utramq; illam abominationem,
quam primum conuulsam, proculcatam, cie-
ctamq; curer caueatq; omnia, ne lenitate et cō-
miseratione intēpestiua hominibus malis in-
bonos uitios habenas laxet, neq; scelerum ex-
empla per impunitatem sinat inolescere, quod
utroq; isto offendiculo sublato pulchre præ-
stabitur. Neq; sane id est uim facere iniurio-
sam, sed est potestatem à Deo traditam ad
ūsum accōmodare atq; ex æquo iure exercere.

Nouare quidem & conuellere bene consti-
tutas res ualde execrandum est, at collapsa in
meliorē formam, sedate uerecutideq; resti-
tuere omni laude dignissimū est. Quod nunc
facile præstiterit T. Cels. cum uerbum prædi-
cationis tot annis ita uiguerit inter tuos, ut &
hostibus pridem notum sit atq; confessum,
quod Missa ut in usu est, & turpissimus iste
Sacerdotum coelibatus, sint duo mala Eccle-
sijs ac publicis moribus pessima maximeq; fu-
nesta.

Atqui auditu ualde mirabile est, qd' ait, oc-

Bb ij cupari

Nouare per
seditiosum

DE MISSA, MATRIMONIO ET

cupari hac opera iurisdictionem alienam, ni-
mirum Episcoporum collegiorum ac Cæsa-
ris. De quibus ordine videbimus, ne quid in re
scrupi supersit.

De clauibus Ecclesie.

Si Pontificis Romani iurisdictionio, quas cla-
ues nominat Cōsilium, scripturis uicta iacet,
quomodo sedes Episcopalis statuetur, quæ est
Papalis seu cariosæ ac noxiæ radicis, putidus
surculus nam utraq; scripturæ sensu de clau-
bus depravato & cōstitutionibus hominum,
de blasphemia publico suffragio damnatis cō-
nititur. Nam potestas Ecclesiastica penes Ec-
clesiam rotunda est, iuxta hunc locum: Dic Eccle-
siæ, & non est in libidine posita probosorum
hominum, non unius monarchæ tanq; Epi-
scopi uniuersalis. Ea autem est facultas &
officium docendi Euangeliū, & remissa esse
peccata publice priuatimq; pronunciandi, sa-
cramenta exhibendi, obnoxios publicis crimi-
nibus excommunicandi, atq; eosdem, si resi-
puerint, rursus absoluendi.

Ex officio executio eius potestatis ad mini-
stros uerbi & Ecclesiæ senatum pertinet, non
ad istos hostes Verbi, qui disciplinæ Eccle-
siasticæ uim omnem iam olim eneruarunt. Ne-
que enim aliquot retro seculis, qui dicuntur
Ecclesiastici prælati, Euangelium docuerunt.
Ministeria in Ecclesia sunt donationes Chri-
sti,

sti, qui idoneos Ecclesiæ suæ præficit. At quæ conuentio ministrorum principis mundi huius, id est, scelerum ac flagitiorum seruis cum Christo & spiritu huius? Potestas terrori est omnibus mala operantibus cur blasphemis istis Pontificibus & Episcopis non esset. Sub diti estote omni humanæ creature propter dominum, siue Regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, ut qui per eum mittuntur, ad vindictam &c. i. Pet. ij. Ecclesiastici sunt homines, ergo regibus & præsidibus subiecti sunt, hoc oraculo Christi in Apostolo loquentis.

Nam D. Chrysostomus ordinis Ecclesiastici obseruantissimus Episcopus, preceptum de obediendo Magistratui, non solum profanis, sed etiam Ecclesiasticis, hoc est, Sacerdotibus & monachis positum esse dicit. Siue inquit Apostolus siue Euangelista, siue propheta, quisquis fuerit. Nam hac subiectione & obsequio non destruitur pietas. In eandem sententiam Augustinus, Quid enim est inquit omnis anima nisi omnis homo, quem nomine animali nomino, ut non solum corpore, sed & uoluntate seruiatis. Si bonus qui tibi praest, nutritor tuus est: si malus fuerit, tentator tuus est, et nutrimenta libenter accipe, et in tentatione approbare. Diuus Bernardus ad Senonensem Episcopum, Secularior nemo Pilato, cui Do-

Bb iii minus

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

minus astitit iudicandus. Non haberet inquit potestatem nisi tibi data esset desuper. Iam tunc pro se loquebatur & in se experiebatur quod post per Apostolos clamauit in Ecclesijs. Non est potestas nisi a Deo. Et, Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, cum Romanis praesidis potestatem Christus super se transferat coelitus ordinatam.

**De exemptio-
nibus Eccle-
siasticorum.** Nostros igitur Ecclesiasticos ab hoc iure diuinio quis exemerit? Sunt enim homines & pro loco male agunt, egentque tutela corporum fortunarum, quocirca ad ciuilem Magistratum hactenus pertinent. Necque Magistratus ut minister Dei, quod sibi faciendum diuinitus demandatum est in consulto Deo alijs cedere potest. Sicut praefectus urbis a suo munere quod nomine principis in omnes ciues gerendum accepit, eximere poterit neminem. Ministri autem Christi quam uerbum salutis recte administrant, quoniam neminem ea parte habent superiorum, concedunt nemini. Nam dei munere ad reparandum primo interiorem hominem perfunguntur, quod officij nemini mortalium prodere possunt, sed oportet ut legem hanc sequatur. In his quae Dei sunt magis obediendum est Deo quam hominibus.

**Sacerdotes
quomodo su-
per reges.** Non aliter Sacerdotes ac prophetæ apud ueteres, quam uerbi ministri præpositi regibus,

bus, iisdē quoniam simul ciues erant Reipub.
pie subsuerunt. Propheta Nathan adultero
Davidi præfuit, & Vsiæ regi contra uerbum
Domini suffitum in aditis facienti restitit Asa
ria summus sacerdos, cum sacerdotibus octo
ginta tanquam superior subdito grauissima
authoritate. Non tibi inquit licet incensum
adolere. Quæ uox est authoritatis principalis
ad obnoxium suæ iurisdictioni. Sic omnes pro
phetæ summos reges intrepide reprehende
runt, tanquam supra reges constituti, ut uere
erant, quatenus erant Verbi Dei præcones.
Vide Ieremiam cap. i. Esaiam i. &c.

Cæterum regi quoniam Reip. caput erat,
officiose paruerunt, & ab eius omnino uo
luntate ut reliqui ciues pependerunt, cuius
eminentem in se potestatem haud inuiti agno
uerunt. Quod liquebit hystorias scripturæ
ueterisq; Ecclesiæ iura consideranti. Testan
tur enim regem iudicem fuisse cum magno se
natu in causa prophetarum, qui in criminе fal
si erant, & contra eum solitum fuisse iuxta ca
put Deut. xij statuere. Item per regem sum
mum sacerdotem fuisse inauguratum, & au
thoritate si quando deliquerisset, coargutum, et
si cessasset alicubi, reprehensum docent. Ex
quo factum ut prophetæ & sacerdotes à regi
bus suis quandoq; cognominentur. Sic legi
Bb iiii tur

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

tur.i.Paral.xix.Davidi sacerdotes fuisse Zadock filium Achitob , & Abimelech filium Abiathar. Ordinassecq; eum ministeria Leuitarum non solum ut propheta , sed ut rex populi potissimum. Quem ordinem Salomon filius , & reliqua posteritas obseruavit.ij,Paral.viiij.Sic licet administratam Dei Rempubli. ordine certo uideas ut ciuilia munia & ,exter na ad unum Principem referantur. Et tamen spiritualia & interiora quæ proprie Dei & cœlestia sunt, nulli terrenæ potestati unquam pareant.

Princeps est Christiani omnes unum corpus unius capi-
tis Christi sunt, ad quod & Principes attinet,
caput Ecclesie in terris. quorum partes sunt, ex illius dono gubernare
populum. Et quodq; membrum habet suum
usum, aliud principi Reipub. aliud pastori ec-
clesiae, aliud diacono pauperum agendum co-
petit. Principi moderanda sunt, quæcunq; ad
externam populi Dei gubernationem perti-
nent, et in hoc sunt omnino, ut omnes quan-
tum in ipsis est misericordia ad bene uiuendū
praesidia habeant, ut è medio submoueantur
quæ pie uicturis obstiterint . Idcirco Ecclesia
sticos non rite obeuentes partes officij sui, mo-
Princeps ea- net, exhortatur, impellit, malemeritis mul-
titam imponit, tollitque pertinaces supplicio,
put ecclesie; quia qui princeps est, idem pastor est, idem pa-
ter,

ter, idem caput Ecclesiæ in terris externum. Causam huius hanc damus: Christus uerum & naturale Ecclesiæ caput est, qui ascendit ad cœlos, ut hic adimpleret omnia. Is dono gubernandi principes pios affudit, conferendo pie gubernandi prudentiam. n. Par i. quos ob id in terris capita, quenç suæ Ecclesiæ esse uoluit. Quia quæ in terris externa ui ad gloriam Dei moderari queant, ea illis moderanda iniuncta sunt. Deut. xiij. & xvij. Ex quo principem potentissimum Henricum octauū Angliæ regem supremum in terris Ecclesiæ Anglicanæ caput esse, eius prouinciae proceres professi sunt, & magno consensu cum præclaro ueritatis suffragio pronunciarunt. De animo cuiuscq; Deus iudicet, nihil ad nos.

Pastori & Sacerdoti concredita est cura uerbo & sacramentis pascendi populum, & pro grege inuigilādi, quantum ille ad Deum Officium pastoris.
 & interiorem hominem uirtutis & mandati habet. Diacono autem prospicientia pauperum, & apud patres Ecclesiasticos procuratio bonorum externorum & censuum Ecclesiæ concredita est. Necq; rex est extra iurisdictiōnem sacerdotalis muneris, necq; sacerdos alius est à regia potestate: Nam sacerdos regis animam & uitam erga Deum, & rex sacerdotis corpus & quæ huius uitæ externa omnia

Decretum
Anglicanum

Bb v ex ore

DE MISSA, MATRIMONIO, ET
ex ordine diuinatus instituto gubernat, ut ho-
minis & inter homines agentis. Vterq; uero
nihil potest nisi in gloriam dei. Neq; aduersus
Deum alter alterius tantillum deuinctus est.

Sacerdotes
subsint Ma-
gistratu.

Qui ex gladio regis & Reipub. Sacerdo-
tem eximunt, perinde faciunt ac si statuerent
nihil opis debere manum oculo grauiter labo-
ranti adferre, quod quidem naturæ aduersa-
tur & charitati Christianæ repugnat. Omnia
enim corporis membra se mutuo defendunt
et adiuuant. Quis non uidet quām absurdum
sit homines in idem corpus coniunctos, sinere
ut in exitium certum proruant si poteris obsta-
re. Itaq; non minus regium munus, quam sa-
cerdotis debet per totum Reipub. corpus pari-
ter ualere, & neutrū ab altero alienum esse, sed
uerunq; sub rege. Nam pontifices, sacerdotes,
diaconi, monachi, profani præsides, populus,
plebs, nemo non p regem ab iniuria tutus est;

De immuni- ita & nemini mortalium alios iniuria affice-
tate sacerdo re per regem liceat, nam eadem est natura rela-
tivorum. Apponunt quod ministerium gladij
sit infra officium docendi Euangelij positum

quia prophetæ & Apostoli supra reges &
Principes cōstituti sunt. Verum est, officio su-
periores sunt, sed qui docet Euangelium non
est per omnia gladio superior. Nam quia cor-
pore adhuc subest eius potestati, cuius animæ
per

peruerbum dominatur, ideo minister Christi
 a gladio qui terrori est malefactis non minus
 adiumenti atq; a sutoribus, uestiarijs, fabris,
 & id genus artificibus accipit. Nā est functio
 ad corpus attinens, nisi ministri uerbi adhuc
 se circumferre corpus negauerint. Nec Cæsar
 potest officium quod externa Reipubli. om-
 nia complectitur, & quod sibi demandatum
 est diuinitus sine graui culpa intermittere. Nō
 est enim seruo in manu ut impositum onus, in
 alios demittat suo arbitratu. Nec sacerdotis
 est ut contra naturam rerum & contra Euau-
 gelium Christi talem exemptionem ultro ob-
 latam in se admittat, qui quidem debet omni
 humanæ ordinationi obedire iuxta præceptū
 Apostolicum, neque adeo uetera eos iura exe-
 merunt. Nam Iustinianus uoluit Constit.
 lxxxij. ut apud Episcopū clericī conuenirent,
 sicut antea de monachis statutum erat, sed ubi
 is litem finire non sufficerit, tum ad præsidem
 & ad alios iudices Cæsareos reiherentur, hac
 adiunctione, ut eorum causæ uelociter absolu-
 terentur. Nam a sacris rebus eos diuinitus di-
 stineri Cæsarea prouidentia nollet. Ex quo fa-
 cile intelligis uere Episcopis & clericis, non
 permissum id quod sibi peruersi impostores
 & pestes ecclesiarum iam seculis aliquot usur-
 pant. Iactant enim posteriorum Cæsarum

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Exemptio-
nes clero-
rum.

nonnullam exemptionem. Sed fac esse, tamen iure exempti non fuerint, neque prudentium uoluntate, sed aut blanditijs ab imprudentibus, aut fraude ac uiolentia ab iniuris, priuilegia quædam contra ius extorserunt. Historiae id satis arguunt. Nam contra ius & in exitium Reip. atque ad defectionem suæ existimationis tam numerosam turbam ecclesiasticorum à sua iurisdictione exemptam, cur Cæsares uelint. Deinde ut scientes prudentesque tam immoderatas immunitates dederint, nihilosecius irritæ essent, quia contra naturam & Deum. Quis enim à iure gentium naturali & diuino quæquam mortalium exemerit? Etenim princeps nihil potest aduersus Rempub. sed omnina pro repub. quam immodica ecclesiastico rum priuilegia ciuili ordine & æterna salute priuant. Ordinis est, ut omnis anima subsistat testati eminētiori. Salutis autem, ut à nuncijs Dei uerbum Euangeli populus audiat, licentia igitur & opulentia ecclesiasticis, & facultate & animum ecclesijs utiliter seruendi admittit, relicto tantum studio ceremonijs populū fallendi atque auocandi à Christo. Præterea princeps nihil in priuati hominis damnum potest, multo minus aduersus totam Rempub. cui seruit.

Verum enim uero non obscurum est, quod priuilegia

priuilegia quæ tā pernicioſa pietati ſunt in ecclieſiaſticos tum ſint collata, cum inſcientia & negligentia piorum Principum in tantam potentiam excreuiffent, ut regibus ac Cæſaribus quoq; eſſent formidabiles. Sicut Pammachij coœdia nuper ſcripta noſtris demonstrat. Ad quam rem tamen ambitio multum attulit adiumenti. Nam qui ad Cæſaream functionem uiam adfectauit, gradum non minimum feciſſe uidebatur, is qui ſuffragio Epifcoporum adiutus ad artes ſe conuerterit. Nam in Epifcopis fastuosa authoritas monarchis quoq; extimescenda cum diuitijs prodigioſis subintrauit, quam nescierunt ueteres Epifcoli illi ueri & sancti pastores animarum, qui non præerant, ſed principibus ſuis parebant. Diuus Ambroſius uere epifcopus ad Valentianum ſcribens prouocat ad Epifcopes in cauſa dunata xat fidei, ubi Cæſar ab ecclieſia in aulam iudicium ecclieſiaſticę cauſæ auocasset, cum ſuſpicioſe magni præiudicij, nam Auxentius haereticus nomina iudicium delegato rum ædere non fuerat ausus, & iam quoq; qd iudicandum Cæſar præſcriperat ſic edicens. Quicunque templum non tradiderit protinus occidatur: templa igitur & authoritate principis, & ſubornatis iudicibus certo haereticis tradenda erant, Quæ ſanctiss. Epifcopus

Voluntas
Ambroſij er
ga Cæſarem
excuditur.

DE MISSA. MATRIMONIO ET

pus profanis istis hæreticis cædere noluit, si
cūt non debuit. Alioqui Cæsarem etiam super
fide iudicem, si sensisset alienum ab hæresi nō
fuisset recusaturus. Nam cum priuatos iuxta
Paulū docuit cuiusvis doctrinam iudicare, &
probare spiritus, num sint ex Deo, quomodo
principē iudicem reiecisset. Non igit̄ aulam iu-
dicē, sed aulam infectā hæresi refugiebat. Ad
ecclesiam em̄ orthodoxam prouocat à qua de-
fecerat aula hæretorum dolis decepta. Ad
quam et nos prouocamus. Atqui pius ille Epi-
scopus corpore ac rebus externis se Cæsari
prorsus affectum addictumq; semper agno-
uit, ut ex oratione scripta in Auxentium uide-
re est. Quid igitur inquit non humiliter re-
sponsum est à nobis? Si tributum petit, nō ne-
gamus, agri ecclesiæ soluunt tributum. Si
agros desyderat Imperator potestatem ha-
bet uendicandorum, nemo nostrum interue-
nit, potest pauperibus collatio populi redun-
dare. Non faciant de agris inuidiam, tollant
eos, si libitum est. Imperatori non dono, sed
non nego. Aurum querunt, possum dicere ar-
gentum & aurum non quero. Hæc ille. Quid
nostris de fide deteri diminuiq; aliquid, haud
iniuste ferunt, imo ut fides in Christum tota
interiret, authores et adiutores ipsi fuerunt, &
ne redeat in hominum cognitionem fortiter
interces,

intercedunt, & cum de opibus & gloria perieculum est, plane uiros præbent, & si tum sfertere superos nequeunt, acheronta commouent, ut ex Poeta quiddam mutuemus. Ergo liquet D. Ambrosium cum hanc sententiam Theodosij asseruit. Non est meum iudicare inter Episcopos, nullam corporis & fortunarum exemptionem, neque impunitatem scelerum et flagitiorum, sed impiam principis sententiam pro hæreticis contra ecclesiam dictam eodem ^{Ambrosius} Saris Ecclesiæ refutasse. In cæteris enim rebus Cæsari officiosum & obsequentem, imò etiam malorum tolerantem se præstitit, iuxta rationem diuini ordinis, iam ante citati.

Diuus Gregorius Ro. Pontifex de se in Registro sic scribit: Quantum ad me attinet, screnissimis iussionibus obedientia præbeo. Rursus nominat se indignum pietatis Cæsareæ famulum. Item omnipotenti Deo reus est, qui se renissimis Dominis in omni quod agit & loquitur purus non est. Ego autem indignus pietatis uestræ famulus &c. Rursus lib. iiij. Epistola lxi. cum hanc legem Cæsar. Quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus ei in monasterium conuerti ne liceat, refutasset, subiicit, Ego quidem iussioni subiectus, eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci, & quia lex omnipotenti Deo mini-

me

DE MISSA MATRIMONIO ET

ine concordat, ecce per suggestionis meæ pugniam serenissimis Dominis nunciaui. Vtrobis ergo quæ debui exolui, qui et Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod sensimini tacui. Porro supplicem libellum, quæ suggestionem uocat per Theodorum medicum curat offerendum, quo per occasionem suo tempore principi redderetur. Præterea Episcopos prouinciarum Neapolitanarum, ut Constantio tribuno pareant hortatur, libro xij. Epist. xxiiij. scriptis inquit præsentibus curauimus admonendos uti prædicto magnifico viro Tribuno, sicut & fecisti omnem beatas pro serenissimorum dominorum utilitate uel ciuitate conseruanda obedientiam exhibere.

Huius generis multa uestigia in illius exercitij ac p[ri]j Pontificis literis extant, quibus quid res est, se & omnem ordinem ecclesiasticum propter conscientiam gladio subiectum esse profitetur, & multa cum reverentia officiosissimeq[ue] etiam inferiores magistratus obseruat. Idem in alijs quoque pontificibus videre est. Pelagius papa Childeberto regi. Saragendum ait, ut pro auferendo suspicionis scandalo obsequium confessionis nostræ legibus religionis ministremus, etiam subditos esse

esse sacrę scripture præcipiunt. Veniens enim Ruffinus uir magnificus excellentiæ uestræ legatus, confidenter nobis, ut decuit postulauit. Sic extat in decretis xxxv. q.i. Satagendum. Et i.q.i. Can. Ideo. Papa Leo secundus se legibus Cæsareis obnoxium fatetur. Sed & Leo quartus homo germanus uir multa doctrina & sanctitate, nobilissima familia comitum à Kalb oriundus, & si tot nominibus eminiebat, Ludouicum tamen Augustum, & eius legatos agnoscit sua admissa emendare, & in se inquirere debere. n. q. viij. Nos si. Superua canē uero iure uideret rem clarā nimis an xie colligere, cum tot integri tituli de episcopis, de ecclesijs, de hæreticis, & de ipsa fide catholica, in legibus Cæsareis legantur. Item in legibus Carolinis, & quæ Pipino rerū potente ppositi, sunt ex qbus quam in ecclesiastici at tinuerint ad iurisdictionē Cæsareā abunde liquet. Etsi studio religionis augendę pīj, aut cura existimationis comparandę uani, aut solitudine uetandę aut consequendę dominatio nis ambitiosi, subinde aliquid splendoris in Sacerdotes contulerint, usq; ad eum finem dū in hanc immanem tyrannidem ecclesiastici degenerauerint, ut et imperij terreni iugum excuterent, & coelestia quæ uni Deo congruent, sibi suocq; arbitrio fuerint ausi arrogare.

Cc Non

*Leo quartus
Germanus.*

DE MISSA, MATRIMONIO ET

Non audiuntur nunchæ uoces D. Gregorij à
Pontificibus. Ego indignus serenissimis do-
minis seruulus præbeo iussionibus serenissi-
mis obedientiam. Omnipotenti Deo reus est,
qui illis non purus est: nisi forsitan intra priua-
tos parietes audiuntur cum monarchæ in frau-
dem certiore blanditijs illectant, à qui-
bus tamen, eodem tempore palam, quoniam
ad ceremoniæ efflagitent, Romani episcopi se
adorari magnifice sustinent. Quin superemi-
nentes potestates ad blasphemæ beatissimo-
rum pedum oscula, uix tandem supplices &
contemptum admittunt, nihil aliud ad mo-
destiam tuendam causantes, quam hoc. Ita sic
riubent ceremoniæ. Quasi non audienda
sint potius, quæ Deus, quæ natura, quæ leges
& hominū consensu iure suo postulat, quam
quæ stolidæ ceremoniæ. Ex quo seculis ali-
quot tyrannica illa Pontificum Romanorum
per omnia Europæ regna perstrepunt. Sic pla-
ceret, sicut uolo, sicut iubeo, sit pro ratione uoluntas.
In scrinio pectoris mei sunt omnia iura. Hoc
ex plenitudine potestatis statuo. Hoc rursus
ex eadem abrogo, & quiduis uel uerbum Da-
modum uidetur. Ratio enim scribendæ legis
estis est, qui nomine monarchæ, autoritate
ualent, primum Pontificiæ maiestatis sancti-
tas,

*Fastus ponti-
ficius.*

tas. Deinde uectigal cameræ Apostolicæ, Postremo familiarium curiæ & reliquorum sedi Romanæ addicitorum amplificatio coniuncta cum æterna seruitute totius nominis Christiani. Hæc est pontificia fidei regula. Quis alio Canone illam correxerit? Quis dixerit abducēti ad inferos animas agminatim, cur ita? quod quidem Canon uetat, & suam habet causam. Nam hæc est parata responsio: Supremus sum Christi uicarius, nullum in terris agnosco superiorem, sum plane in terris Deus, sum ultima regula fidei, sum harum rerum dominus, à quo dominia sua principes & monarchæ obtinēt. Quibus non supplicamus sed è sublimi sic edicimus. Nos uolumus, nos subemus, mandamus, præcipimus, sub indignatione omnipotentis Dei, et beatissimorum Apóstolorum Petri & Pauli, sub anathemate, et in tendio gehennæ &c. Omnia huiusmodi sine uerbo, imò contra uerbum audet.

In hoc fastigium abominationis Pontificē Romanum & ecclesiasticos Canonistæ pertinacissimi adulatores euexerunt cōsuentibus Theologis, & si boni nunquam non dissenserunt, aliis tñ alio liberius, quo nomine Theologi inuisi & contempti semp iacuerunt. Vulgus tamen doctorum subscriptis. Nam uenter & ambitio pessimum rerum studia inflam-

Cc ij mant.

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mant, Sed & illud ualde credibile est, quod
sub uastitate hac morum & religionis, candi-
da lateant pectora non pauca, quibus per pru-
dentiam sublimiū potestatum si reformationē
ecclesiæ meditarentur, facile succuri possit.
Cuius initium à restitura pietatis doctrina su-
mendum esset. Nam inde boni errorem cogo-
scunt, & malū sua nefaria facinora, quibus sibi
& alijs molesti sunt. Tum à fastigio isto abo-
minationis uiribus uerbi Dei abducti in ordi-
nem seipsoſ ultro redigerent, siquidem aliqd
frontis habent. Nec iam se dominos, sed mini-
stros esse ecclesiæ proſiterentur. Verbum dei
& Sacrauentia, & reliquam industriaſ pasto-
raleſ ſuæ curæ commiſſis impenderent, im-
morigeros caſtigarent, ſuo exemplo ledentes
excluderent. Nec præterea uel Romano Pon-
tifici ulla competit alia iurisdictio, niſi uoca-
tione & donis acceptis maior alijs ſit, & pluri-
bus adiuuandis intendat, & studio ampliore
intendat. Nullam aliam in liberam ſponsam
Christi neq; habet, neq; habere potest coerci-
uam iurisdictionem, ſed gladio, & potestati,
cui omnis anima ſubiecta eſt, neceſſe eſt, ut
ceruicem ſubmittat.

Iam Episcoporum, Abbatum, Canonico-
rum, monachorū & Nonnarum, q̄ esse iurisdi-
ctionē dixerint, cū ecclesiastici Verbiq; mini-
stri

stri per omnia subsint gladio, cui uni in corpo
 re Christi congruit, ad ædificationem corpo
 ris Christi terrori esse malis operibus . quem
 admodum alia officia & dona quodque ad ci
 uitatem Christi attinentibus , quatenus usus
 tulerit uniuscuiusq; hominis, prodesse debet. *Ecclesiastico*
 Sed quid' an non aliquid facultatis in suos ip
 forum mores & in religionem ab errore repur*rum præci*=
 gandam habent ecclesiastici? Sanè habent nō puum est cu
 facultatem tantum, sed omnino necessitatem, *rare refor*=
 ut sacrū ministeriū & uiuendi rationes preser*mationem.*
 tim suas reformat, qua parte à prescripto spi
 ritu sancti excidere. Quisquis em̄ suū munus
 curet, & q̄ fidi mysteriorum Dei dispensato
 res fuerint , authoritatem uerbi nemini ce
 dant, sed eos qui prudenter et ordine uerbū nō
 dispēsent, sed fallant populum, Magistratus
 in uiam reuocet. Iusta autem uerbi Dei dispen
 satio primo reprehendit præcipua Ecclesiæ
 mala, quibus conuulsis ad minora corrigen
 da animum conuertit. Quid autem peius
 quā in totū ministeriū collapsum esse, et p̄ mi
 nistris Christi et ueris pastoribus, lupos & pe
 stes clauo nauiculę Petri assidere. Ergo eccl
 esia possunt et debet reformationē auspicari
 Deinde agnoscimus illud: in causa fidei de
 imperatoribus Episcopi iudicare debent, non
 Imperatores de Episcopis, quod Ambrosius
 Cc ij Valen

DE MISSA MATRIMONIO ET

Episcoporū
iudicare in
causa fidei.

Valentiniano obiicit haud inscite. Nam ergo
to præscribit medicus, reparandæ & conser-
uandæ taletudinis rationem. Quid autem,
ubi medicus uenenum proponit, aut artis pror-
sus expers est, uel uerius hostis tam artis q̄
uitæ ægroti fuerit, ut si quis forsitan hæredi-
tatem extincti captat, aut aliud ex morte eius
lucrum sperat, utrum fas sit ut se ipse medice-
tur prudenter, quod facere possunt, qui obser-
uarunt, quæ res prodeſſe, quæ obesse iſſis ſo-
leat, an potius oporteat ut infirmitatem uale-
tudinis ſuæ æbrio ac furioso, aut etiam hosti
potius cōcredat perdendā, quām ſuę induſtrię
reparandam. Ambroſij èras habuit ueros Epis-
copos, & præiudicio grauata erat cauſa Chri-
ſti, quod genus iniuriæ ab ecclesia fortissimus
ſacerdos repulit. Quæ uero monstra nunc ua-
ſtant eccleſiam, nomine Episcoporum & ſa-
cerdotum? Quis fidem talibus dñjdicandam
committet, cum ſint alieniſſimi ab omni ueræ
fidei cogitatione, ſæpius etiam à ſenſu publi-
cæ honestatis. Sint primum quod audiunt, ue-
re Episcopi & ſacerdotes, Christi fidem & ca-
cholicam cognitam habeant, & promotam
cupiant. uiuant Christum, & ſpeciem eorum
de ſe præbeant, qui nihil gratiæ tribuāt, nihil
odio concedāt, & tum eos iudices in nos ultro
aduoçabimus, ne dum eos non refugiemus.

In cor

In corpore Christi nunc est nulla sanitas,
nam atrocitas scelerum in facinorosis istis ec-
clesiasticis nimium pater, non potest dissi-
mulari. Magistratus igitur gladium gerens,
cur in gradum collapsa, non reponeret: post-
quam ecclesiastici se atque ecclesiam negli-
gunt, quorum partes præcipuae sunt intende-
re gregi Christi. Nam qui in magistratu sunt,
opersibus malis terrori esse debent. Ratio au-
tem reparadi haud obscura. Efficiat primum
ut ad canonem Pauli prima Timothei tertio:
& ad Titum primo capite, Viant ac doce-
ant Episcopi et Sacerdotes. De doctrina Chri-
sti, quæ nam sit, facile statuet is, qui uult pa-
tris uoluntatem facere, ut Ioan. septimo Chri-
stus Dominus aduersus Pharisæos affirmat.
Agnoscimus rursus quod Episcopos corrup-
tos presbyteri, et omnino inferiores eos qui in
ordine ecclesiastico sunt priores, corrigere de-
beat. Nam symmiste & cooperatores sunt, &
commune munus communiter debent admi-
nistrare. Et cuiuscq; interest, ut partes munera
sui rite obeat, & quæ obstat in e medio sub-
moueat, si id per legem & morem poterit,
unde & minorum prælatorum interest, quid
uiuant ac doceant columna & cardines ecclæ-
siae. Emendauit Petru Paulus, cum ille simula-
tione sua gentibus Iudaismum obtruderet.

Cc iiiij Et

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Et p̄aulus doctrinæ ac uitæ suæ rationem totis ecclesijs, nedum senioribus interdum redidit. Quod iuris nostra ecclesia nunc repetit, nam efflagitat, ut ministri, doctrinæ uitæ ministerijq; totius modum & rationem teneant, hoc ius est libertati christiane, ut omnia possit in ædificationem. Neque adeo sine authoritate Dei efflagitat. Nam hoc præceptum omnibus est positum, Probate spiritus num ex deo sint. Et, rursus oīum piarum est, ut ueri pastoris Christi uocem audiant, & alienorum fugiant. Magistratus uerant quod pium est & impia iubenti refragatur ecclesia, suo iure. Cur ministris qui hypocriti & blasphemjs Domini uiolenti sunt, id est, ex pastoribus lupi facti sunt, ceu captiuæ, in seruitutem peccati, et mortis abducentibus pareret, aut leue duceret, quod alij mala doctrina in exitium rapiatur? Quæ id pietas, quæ ratio suaserit? Augustinus sit nobis testis, cum illud Christi ex Apostolo loquentis exponit. In libertate qua nos liberos fecit Christus, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Item, Oportet Deo magis obedi re quam hominibus.

Epilogus. Quare illustrissime princeps, Consilij huius materia tam late pertracta perspicuum uobis in potestate constitutis fecisse nunc vide mur,

mur, quod uestrum sit munus, ut malis factis,
maxime que diuinae gloriæ salutisq; animarū
repugnant terrori sitis, has partes à Deo acce-
pistis, cum hac adiectione, ut intra corporali-
um rerum ambitum conclusam esse uestram
potestatem memineritis, postquam anima-
rum administrandarum facultas penes unum
Deum & Christum est, qui uerbo prædicatio-
nis & reliquo ministerio Ecclesiæ solus eam
absoluit, cui omnis inter homines sublimitas
necessario paret. Quam igitur potestatem
quisque Magistratus aut sine medio aut ordi-
ne quodam per homines, à Deo accepit, eam
iuxta supremi domini uoluntatem fideliter
obeat contemptis minis hominum, si quis ces-
sat, perfidiæ reus peragetur. Nam cum homi-
nes mandatis suis obsequium requirunt, cur
dei delegationem contra eius uoluntatem nos
miseri ueteremus. Audiendi quidem sunt su-
periores, sed hactenus dum intra septa iurisdi-
ctionis suæ constiterint, etiam si iniqua, adde-
& fortunæ uitæque nostræ incommoda præ-
cipiunt, modo sine conscientiæ periculo. Ita-
que lex humana semper hanc habet exceptio-
nem, si Deus aliud non iusserit, si non repug-
nat uerbo & mandato Dei.

Nec in manu Cæsar is est, ut pote ministri
Dei, ut ex diuina ordinatione sacerdotes exi-

Cc v mat

DE MISSA, MATRIMONIO ET

mat, quoniam homines sunt, sed ab homi-
num institutis & oneribus Reipublicæ se-
rendis potest, si causa est quos uis liberare,
expriuilegio, hoc est, priuato iure. At
qui neque est priuilegium, neque ius priua-
tum, quod aut publice omnibus nocet, aut eti-
am priuatim aliquos lædit. Nam Principis
partes, non sunt ad exitium, sed ad priuato-
rum quoque salutem nedum publicam ordi-
natæ. Et quia lex Christi est, benefacere om-
nibus, nocere nemini, nec facere, sed ferre iniu-
riam, nemo Christianus id priuilegij in se ad-
mittendi ius habet, per quod cum aliorum ne-
gocio, suo unius ocio consuleretur. Quomo-
do igitur Ecclesiastici immoderatis istis im-
munitatibus bona conscientia utentur? qui-
bus non ad Ecclesiæ ministerium, sed ad ini-
quitatis duntaxat mysterium apparantur: se-
curitate carnis, uitiorum motus saeuiores exi-
stunt, male agendi licentia, uoluntas illa se-
quendi, malefactorum autem & libidinum
impunitate animus atque audacia peccan-
di excitatur. Quare Canonicorum & Ab-
batum exemptiones principi religionem &
uitæ honestatem reparatuero non repugnant,
quia de iure nullæ sunt. Nam ijs latebris Eccle-
siasticorum quorundam malitiositas se inuol-
uit ac tuetur. Iam quis nescit Missam esse abo-
minationem

eniationem, quæ ex opere operato remittit peccata, meretur gratiam, quod est contra officium Christi. Quis rursus non intelligit concubinatum ecclesiasticorum esse probosum pessimi exempli & publicæ corruptelæ fons & caput. Deinde quia utrumque facinus externum est, & si alterum ad priorem, alterum ad posteriorem tabulam pertinet, tamen usi abrogari possunt, cur non illis quoque pestibus fidei & morum terrori esset.

Quid superest igitur, nisi ut Dominum precemur, ut ad Ecclesiam in uerum pietatis, uitæque honestæ modum refingendam propensum ad hoc animum Celsitudinis tuæ suo dono adiuuet, quæ proh dolor foedissimis proborum flagitorum, scelerum in Deum atque homines contumeliarum maculis, aliquot retro seculis misere contaminata, & à primæua integritate abducta, detorta, abiecta proculcataque iacet. Adeoque in opere tam sancto ac necessario hoc sibi fortius instet, quo Satrapæ Ecclesiasticorum reformationem peius horrent, resuiguntque pertinacius. Nam ut sunt ipsi facinorosi nihil magis oderint, quam uitæ probitatem, quæ est cum pietate coniuncta:

Proinde in hoc sunt, ne quid Apostolicæ regulae affinerecipiatur. Nam ad uitam correctiorem

DE MISSA, MATRIMONIO, ET

Et iorem nemo eos reuocare conatus est, poste
ritati studetur, & imperito populo. Quæ cau-
sa illis est, cur actiones de ministerio Ecclesiæ
& ministrorum moribus corrigendis institu-
tas per Theologastros ad hoc redemptos sub-
tilioribus quæstionibus ac morosis disputa-
tionibus tantopere inuoluant, impedianc
perturbent. Quorum studia & molimina ua-
na erunt. Siquidem Princeps & Magistratus
in templo Euangelium Christi, & in Eccle-
siasticorum & uulgi mores uitam probiorem
reuocare pergunt.

Adfuit uotis nostris C H R I S T V S Do-
minus, ut cum præeuntibus tibi propinquis
& affinibus uere præclarissimis Principibus
ad religionem & ad mores apud tuos reparan-
dos feliciter intendas animum, alijs deinde
Principibus uiris successu præluceas, explosa
ciectaque ista funesta sententia Patronorum
turpitudinis atq; impietatis. Qui idem Celsi-
tudinem tuam in columem, & in doctrina di-
sciplinaq; pietatis instauranda fortem felicē-
que diutissime tueatur, cui & nostram quoq;
paruitatem commendamus, Argentinæ
mense Decembri. Anno millesi-
mo quingentesimo Tricesi-
mo quinto.

F I N I S.

ARGENTORATI PER VVEN
DELINVM RIHELIVM,
MENSE MARTIO,
ANNO 1540.

アラマヤ おもててまごの手足をひき
アラマヤ おもててまごの手足をひき
アラマヤ おもててまごの手足をひき
アラマヤ おもててまごの手足をひき

